MANUSCRIPTA
INSTITUTI OSSOLINIANI
III. 3174

Teki hr. Platera

T. VII.

L. 3174. Rok 1583.

L. 3174.

Rok 1583. Teka 90 dokum 183

1. Cardinalis Caroli Borromæi literæ ad Stephanum Regem Poloniæ.

Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Załuski 255 (1).

Serenissime Rex. Me propter eximium ejus pietatis et religionis studium in Majestatem Tuam optime affectum, afficiunt quotidie magis ac magis gravissimorum virorum de egregia ejus virtute, ac in catholicam fidem studio, sermones. Nuperrime quidem perillustris Plocensis antistes, Tuæ Majestatis apud Sanctissimum Dominum Nostrum orator, singulari me animi voluptate perfudit rerum gestarum et consiliorum Tuæ Majestatis ad antiquam religionem disciplinamque vel perditam, recuperandam, vel afflictam, recreandam, vel florentem, ornandam et in pristinum statum restituendam commemoratione. Gratulor vehementer Majestati Tuæ, cui Deus Opt. Max. tam bonam mentem inspiravit, et tam salutare consilium dedit, gratulor Poloniæ, cui divino munere contigit, ut tam pium, et tam vere christianum principem nancisceretur. Nimirum intelligit Majestas Tua, quæ sit vera principatus constituendi, regnique amplificandi via: religio est omnis principatus fundamentum; nam quum omnis potestas sit a Deo, Deum vero religione nobis conciliemus, necesse est principatum omnem religionis præsidio indigere. Quis enim sperare possit eum populum sibi obedientem fore, aut regia edicta servaturum, quem videt Deum contemnere, divinas leges proculcare: ut regi morem gerat, necesse est, ut prius Deo se obedientem tractabilemque præstet; oportet enim populum Dei metu in regis obedientia et officio suo contineri. Itaque David rex, omni militari et imperatoria virtute præstantissimus, Deo immortales gratias agebat eo nomine, quod populum Hebræum ipsi subderet, dictoque obedientem præberet. Non est necesse ~~(tum)~~ Tuæ Majestati, quam divinarum literarum studiosam, et in ecclesiastica historia bene versatam audio, veterum regum atque imperatorum exempla commemorare, ut ostendam multo plus ad victoriam de hostibus obtinendam conferre Moysen et Josuam preces ad Deum fusas, quam gladios in hostes districtos, animi pietatem, quam vim roburque corporis. Non est, inquam opus [ut hoc] Tuæ Majestati [præstem], quam mihi persuadeo, et amplissimum Sarmatiæ regnum, et tot tantasque tam paucis annis in tanta rerum omnium difficultate de ferocissimo hoste victorias divinæ gloriæ, et catholicæ religionis studio a Domino nostro Jesu Christo obtinuisse. Quæ quum ita sint, mihi peroptabile est, aliqua in re posse animi mei in Tuam Majestatem propensionem atque observantiam significare. Quod si quid est, in quo ego

1. (1) Znajduje się także między rękopismami biblioteki Wiszniowieckiej, niegdyś Michała Wandalina Mniszcha, marszałka Koronnego, dziś hr. Broel. Platera

INSTYTUT OSSOLIŃSKIEGO

3174

ego vel in urbe, dum hic versabor, vel in alio quovis loco Tuæ Majestati non inutilis esse possim, mihi gratissimum erit, si me atque opera mea utatur. Interea Deum Opt. Max. etiam atque etiam precor et obtestor, ut Majestati Tuæ adsit, eamque beneficentia sua inenarrabili et charitate complectatur. Datum Romæ, calendis januarii, anno Domini 1583.

Vestræ Majestatis
addictissimus servus
Cardinalis tituli Sanctæ Praxedis (2).

Dépêche de ~~M. Hurault de Maisse, ambassadeur de France au roi.~~
~~Le 15 Janvier de Venise~~ Bibl. cesarska w Paryżu: Mss. St Vict. 1091.
~~/: Depêche de Mr Maisse :/ au Roi.~~

~~Je ne faudrai, Sire, de faire entendre à ces Seigneurs au premier jour ceque me commandez par votre lettre du 25 du passé touchant l'ambassade de Pologne, et éspère qu'ils ne voudront être les premiers à faire ce préjudice à Votre Majesté, dont je Vous avertirai incontinent. Je n'ai rien appris depuis de cette affaire étant demeurée en même état, si non que le Duc me dit dernièrement sur un autre propos, que si le Prince Battory se voulait joindre avec eux, qu'ils pourraient beaucoup empêcher les dessein du Turc contre la chretienté, et que pour cet effet ils avaient pensé d'y envoyer un ambassadeur, mais n'ayant eu la réponse de Votre Majesté je ne m'en voulu découvrir davantage, aussi que cela a peu d'apparence.~~ Venise le 15 janvier 1583.

11.

List od cara Przekopskiego Królowi Jegomości w Krakowie 5 januarii 1583 oddany.

Teka Naruszewicza 96.[5] Ex mss. arch. Stan. Aug. regis, nec non ex mss. bibl~~iotheca~~ Kurnic~~iana~~ensis.

Wielkiej Hordy wolnego cara Machmet Gereja słowo. Bratu naszemu Stefanowi Królowi Polskiemu, Wielkiemu Xięciu Litewskiemu ukłon y czołem bicie. Co od WKMci brata naszego upominki posłane były przez posła waszego wielkiego Pana Andrzeja, te upominki do mnie, tak też y do synów moich zupełnie doszły. Jakom pierwey dokończenie swe pod pieczęcią swą posłał był do WKMci przez posła swego Kazana Agi. A WKMość tego dokończenia nie polubił, bo wtóre ~~dokończenia na polu bywszy wysłuchał, y~~ według woli swey sprawiwszy, kopią przez posła swego wielkiego, P. Andrzeja, do mnie brata swego przysłał. Jakoż ja chcąc bracką przyiaźń mieć, to uczyniłem, y według woli WKMci słowo w słowo to dokończenie napisawszy, przez posła swego wielkiego ~~Kubdembeja~~ Kutozdemia ~~Bulganowicza~~ Bułhakowicza posłałem, ale pod takowemi obowiązki: że który skarb od wielkiego Księcia Moskiewskiego do mnie szedł, a Kozacy

(2) Karol Boromeusz, arcybiskup Mediolański, w rzędzie świętych pomieszczony, umarł w Mediolanie 4 listopada 1584, w czterdziestym siódmym roku życia.

Kozacy WKMci Nizowcy ~~Nizowcy~~ ten skarb odgromili, żebyś WKMość brat nasz będąc w bracki przyiaźni, te kozaki zyskawszy, iako złoczyńców przed postem wielkim gardłem potrafać, y ten skarb zpetna mi wrócić kazać raczył, y Nizowych kozaków z Nizu wygnał, żeby dalej ~~z tuszego~~ państwa memu ~~mego~~ niedokuczali, y szkody mi nie czynili. Przeto jeśli WKMość brat mój ten skarb mi nie wrócisz, y kozaków tych z Nizu nie wyżenieszy, tedy dotrzymanie y przysięga z WKMości strony naruszy się; ieśli zaś WKMość brat nasz skarb ten wrócicie y kozaki z Nizu wyżeniecie, tedy ia według dotrzymania swego y przysięgi swey chcę bracką przyiaźń wieśi. ~~wieśi~~. A ieśliby tego W.K. Mość brat nasz uczynić nie chciał, tedy ia pogotowiu tę szkodę swą y zelżywość oddam. WKMości brata mój rad ~~rad~~ ~~mego~~ ~~brata~~ o tem wiedzieć.

Takoż waszego posła wielkiego, tak też y thumacza przystawiwszy, swego posła ~~Karbyczenbeja~~ Kutowemia odprawiłem, y naprzód, daiąc znać o wyiezdzie posłów waszych, gońcam swego, Mammech Murza posłał, ~~iechali~~ y rok złożyłem przez posła swego wielkiego, abyś WKMość nie omieszkiwaiąc iako posła tak y gońca mego do mnie odprawić kazał na ten rok z pewną wiadomością. Ku temu proszę WKMość brata swego. Niejaki Kazanowski wziął na okup Tatarzyna trzysta czerwonych złotych u poddanego mego, Nayma Gimumden Murzy: iakoż ten Kazanowski temu Naymie Murzie Tatarzyna tego nie odkupił, także y tych trzechset czerwonych złotych nie oddał. A tak proszę WKMci brata swego, aby temu Kazanowskiemu rozkazać raczył trzysta czerwonych złotych oddać synu iego Naymie Murzie, bo ten Nayma Murza iest sługa wierny y....

Pisan w Bakczesarayu roku 1583.

111.

do Virola Jmci

~~Przepis~~ List od cesarza Tureckiego na Polskie z Tureckiego przełożony.

Ex mss. arch. Stan. Aug. regis. nec non ex mss. bibl. ~~Thesa~~ Kurnicensis.

90. 4

Wielkiemu Hospodaru Stefanowi z Bożey miłości Królowi Polskiemu pozdrowienie..... ~~(Skoro list mój wielki przyidzie do Waszey Królewskiey Mości teraźnieyszego czasu będąc).~~ Car Przekopski Machmet Tierej, przysłał do mnie list przez posła swego, oznaymuiąc że do tego czasu z Wami w brackiey przyiaźni mieszkał, że między wami dwoma Hospodarmi posły y gońcy chodziwali, y do tego czasu między sobą przysięgi uczyniwszy, żeście według przysięgi swey się zachowali. Ale przeszłego roku od Moskiewskiego W. Kniazia, wielki skarb szedł przez posła Moskiewskiego do cara Przekopskiego; a gdy przyiechali z tym skarbem na granice Wasze, y na noclegu bezpiecznie stanęli, z Waszego państwa wielki lud konnych y pieszych z strzelbą, na dobrowolne ~~stanie~~ ich naiechał, y ten postany skarb Moskiewski odgromił, posła na głowę pobiwszy, ~~pobiwszy~~ rabiwszy, także kupców poddanych moich przy tym

przy tym posle pozabiiali y skarb zabrali. Tak też y pod Oczakow podchodząc Kozacy z państwa Waszego, bydło rogate y stada końskie zabieraią y dokuczenie im czynią zawsze wielkie, y niebezpieczność wielka od Kozaków twych. Że także starosty Czerkaskiego ludzie Dnieprem w czółnach wespół z Kozaki podieżdżaiąc pod zamek móy Oczaków, wielkie krzywdy y szkody czynią, od cara wiadomość takową mamy. ~~(Jeśli że z nami bracką przyiaźń mieć chcesz.)~~ Do tego czasu w przyiaźniśmy z sobą mieszkali, bośmy nie mieli takowych krzywd iako ninieyszego czasu. Takoż y carska żałoba iest, że posła Moskiewskiego y kupców moich pobito, y skarb do niego posłany odgromiono. Że przysięgi swey nie dzierżycie, między wami dwoma Hospodarmi nieprzyiaźń znaczy się. ~~(Jako ten skarb Moskiewski który do Cara szedł, y tych złoczyńców gardłem pokarani byli. I skarb w cale żeby był wrócon Carowi, y kupców moich. Żeby skarb do drzwi moich był wrócon)~~. Jako przyiaźń między nami dawna iest, chcesz-li ią WKMość nadal mieć, trzeba żebyś skarb Moskiewski, który do cara szedł, carowi w całości wrócił, a tych złoczyńców pozyskawszy, gardłem pokarał, y skarb kupców moich u Bramy moiey złożył, aby y napotem między nami pokóy y przyiaźń była nienaruszona, bo za dokuczaniem powinowatych tych kupców moich do Was list swóy pisać kazaliśmy. A gdy powinowaty który tych kupców moich do Was przyidzie, żeby mu ten skarb był dan, y Wy żebyście z Carem Przekopskim mieszkaiąc w dobrey przyiaźni, tych złoczyńców pokarali, żeby się insi napotem tego nieważyli, y żeby się bracka przyiaźń między Wami ~~była y~~ mnożyła. Jeśli Wy takowych złoczyńców nie powściągniecie, tedy nam bardzo snadnie przyidzie takowych powściągnąć; ale ia tego się strzegę, bo przysięga między nami iest, y nie chciałbym oney naruszyć. Jeśli chcecie z nami przyiaźń mieć, tedy ~~zawsze~~ takowych złoczyńców powściągaycie y na gardle ich skaraycie, y to żeby się wszystko wróciło, ani ieden pieniądz nie zginął, ~~został~~, o czem ~~y o tem~~ wszystkiem w liście swoim przez posłańca mego wiadomość daycie. Jeśli te skarby ~~szkody~~ carowi Przekopskiemu przywrócone nie będą, a gdyby od cara druga skarga do mnie przyszła, tedy pozwolę mu w ziemi Waszey ~~twey~~ tych złoczyńców powściągać, z swego woyska pomoc mu dawszy. A tak życzymy Wam dobrey przyiaźni z carem, y żeby ci złoczyńcy byli pokarani. Pisan w Carogrodzie.

(NB. Tu co na półarkuszu, No IV i V)

~~A Turco~~ VI. 90. 3 (bibliothecae Kurnicensis.

Listu od Sinan Baszy ~~(przepis)~~ przekład.

Ex mss. arch. Stan. Aug. regis, nec non ex mss.

Od wielkiego Baszy Sinan, wielkiemu Hospodaru Stefanowi królowi Polskiemu W.X. Lit. przyiaźń, wielki ukłon y czołem bicie nasze. Wolny car Przekopski Machmet Gerej, pisał list swóy przez posłańca swego do cesarza JMci, iako Wy będąc ~~z Wami~~ w brackiey przyiaźni, przeszłego roku od Moskiewskiego kniazia skarb wielki szedł do cara Przekopskiego przez posła iego, y że gdy przyiechali do granic waszych, y stanęli na

IV.

Drugi list cesarza Tureckiego do Króla JMci.

Teka Naruszewicza ~~95.~~ 90, 6 Ex arch. Stan. Aug. regis, nec non ex mss. bibl. Kurnicensis.

Wielkiemu Hospodaru Stefanowi Bożą miłością Królowi Polskiemu, etc. Jako pierwey ten woiewoda Wołoski, Jankuła, poddanym swym krzywdę czynił, y dla inszych potrzeb moich rozkazaniu memu dosyć nie czynił, tak też państwa Wołoskiego starsi panowie pisali do mnie uskarżaiąc się, y dawaiąc wiadomość o krzywdach swych, y iego nieżyczliwości przeciwko mnie. Ja dowiedziawszy się o tem, z państwam go zrzucił, a pierwszego Piotra woiewodę, który był przed Jankułą, na woiewodztwom posadził, a tego Piotra na woiewództwo Wołoskie odsyłaiąc, przystawiłem do niego Nayma y Gregora. A nim ieszcze Piotr woiewoda na państwo Wołoskie wyiechał, z państwa waszego Kozacy w ziemie nasze wtargnąwszy, chcieli zburzyć Wołoską ziemię. Chowaiąc ze mną z dawnych czasów przyiaźń, pamiętaycie żebyście tych złoczyńców powściągnęli, y państwu Wołoskiemu szkody czynić nie dopuszczali. Pisan w Carogrodzie (1).

V.

Trzeci list cesarza Tureckiego do Króla JMci.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Significamus amicissime et notum esse volumus, quod nostræ Portæ excelsissimæ significatum est, ex quibusdam arcibus finium regni Poloniæ, quæ sunt prope ditiones Achirmam et Ciarcharmam, septingentos aut octo centum Cosacos Polonicos cum tympanis et vexillis, bombardis et aliis id genus armis, additiones, Ciarcharmam et Ozy nominata loca incursiones facere, et miserorum colonorum bona, oves et pecora abstulisse, et semper hujusmodi deprædationibus et variis latrociniis terram illam infestare et deprædari. Quum igitur ex Portæ ~~mea~~ nostræ excelsissimæ czausis Hamza cziausus, cujus gradus augeatur, ad Vestram Majestatem venerit, necessarium est, ut secundum amorem singularem et conjunctionem fidelem, qua semper Vestra Majestas fuit erga nostram Portam excelsissimam, præfatis deprædationibus et latrociniis utentes latrones quærantur et inveniantur, ex ditionibus nostris Cæsareis bona, oves et pecora omnia, quæ ablata sunt, suis dominis reddantur, et [ut] præfati latrones durissime [uti] debent, puniantur. Vestra Majestas summam diligentiam adhibeat atque operam det. Datum Constantinopolitana ex civitate, anno nostri prophetæ 990.

IV. (1) Naruszewicz napisał na tym liście 158..., nie wiedząc co daley położyć, 2 czy 3. W rękopismach biblioteki Kórnickiej jest w xiędze zawierającej dokumenta z roku 1583, i król go posłał wraz z innemi Tureckiemi i Tatarskiemi senatorom przy swym liście z dnia 13 stycznia 1583. Ale bez pochyby wszystkie trzy były pisane roku 1582, bo ostatniego data 990 hegiry na ten rok przypada.

~~na~~ bezpiecznem mieyscu, konni y piesi przypadłszy, posła zabili, lud (co przy nim był) pobili, y skarb rozbili odgromili. Tak też przy pośle Moskiewskim y kupcow, poddanych cesarskich, ~~pobito~~ y skarbyich ~~zabrano~~ pobrali. ~~Tacht też~~ Kozacy też Nizowi pośredtszy pod Oczaków, szkody wielkie poczynili, y baranów stada wielkie pobrali. Tak też ludzie starosty Czerkaskiego na pomoc im będąc, w czółna wsiadłszy, y pod Oczaków podiechawszy, szkody wielkie poczynili y barany pobrali. Jako przedtem między wami bracka przyiaźń była, niniejszego czasu między wami nieprzyiaźń znaczy się. Przeto car Przekopski uskarżaiąc się, do cesarza Jmci list swóy posłał. A tak cesarz życząc między wami dwoma Hospodarmi brackiey przyiaźni, list swóy przez posła swego do Was pisał. Jeśliście cesarza Jmci życzliwy przyiaciel, tedy w takową nieprzyiaźń z carem nie zachodźcie; ieśli przyiaźni cesarskiey nie chcecie naruszyć, tedy zachowaycie się z carem Przekopskim w przyiaźni; ieśli nie zachowacie z carem przyiaźni, tedy y cesarską przyiaźń sobie naruszycie. Skarb od Moskiewskiego w całości iemu wrócić, także y tych złączyńców powściągnijcie, y te skarby kupców poddanych cesarskich, co byli wzięte (wzytym) (naposledy) indipato pa- ~~dać zaraz cesarskiego, otkarać każcie, abowy~~ trzać, powściągali się, y między wami Hospodarmi pokoy wieczny wcale zachowan był. Jeśliby skarb ten carowi Przekopskiemu y poddanym kupcom Tureckim nie był wrócon, tedy dozwolenie cesarz Jegomość da carowi Przekopskiemu wtargnąć w ziemię waszą, y woyskiem swem pomagać mu będzie, iżeby tych złodzieiów powściągnęli. Pisan w Carogrodzie (1).

VII.

Stephanus Rex Polonie ad Ducem in Prussia.

90 9 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris princeps, Domine affinis et amice noster charissime. Superioribus annis, scriptis ad nos literis, summus pontifex ostendit, se, communicato cum principibus christianis peritisque rerum astronomicarum consilio, emendationem calendarii, quod a veteri prioris statis ratione nonnihil recessisset, suscipere decrevisse, et sicut alios principes hortatus erat, ut suarum quisque academiarum sententiam adhiberet, ita, ut Nos quoque in eam rem idem studium conferremus, postulavit. Quod institutum ejus, ut tam vehementer sane probavimus, ita, ut quum res jam ad finem perducta sit, cumprimis etiam sequi volumus, publicisque per regnum nostrum edictis proposuitis, ut ea posthac ubique observaretur, edixinus. Mittimus ejusdem calendarii exemplum ad Illustritatem quoque Vestram, et quum pro sua prudentia facile Illustritas ejus intelligat, magnam Reipublica partem festorum observatione contineri, principatusque ejus

VI.)

(1) Wielki wezyr, Sinan Basza, zostat złożony z urzędu 5 grudnia 1582 roku: więc ten list był przed tą datą pisany.

ejus ipse quoque ejusdem regni nostri corpore atque jure contineatur, ne, quum omnibus rebus cum regno nostro conjuncta sit, in hac se sejungat, sed ipsa quoque hac in calendarii ratione nostram publicamque regni auctoritatem sequatur; amanter ab Illustritate Vestra postulamus, eandemque quam optime valere cupimus (1). Cracoviæ die II mensis januarii 15°83, regni nostri anno septimo.

V111.

List króla Stefana do senatorów Koronnych i W. X. Litewskiego.

Wiadomość o zamiarach Tatarów i Szwedów Ex arch. capit. Varmiensis,
arch. princ. Czartor. Mss 310 g 34 et ex mss. bibl. ~~fratrum~~ Kurnicensis.

Stephan z Bożey łaski król Polski, wielki xiąże Litewski Ruski, Pruski, Mazowiecki y Siedmiogrodzki.

Wielmożny uprzeymie Nam miły. Gdy poset nasz, którego śmy byli do hordy cara Przekopskiego z uprominki zwyktemi posłali, urodzony Andrzey Chorążyc, pisarz wielkiego xięztwa Litewskiego, dłuższey nadzwyczay był w hordzie zatrzymany, y nieodprawion do Nas przez czas niemały, było Nam to w podeyrzeniu bardzo wielkiem. Wtem rychło po przyiechaniu naszem do Krakowa, przyszedł Nam list od tego to posła naszego, w którym Nam dał znać, że już odpuszczon y odprawion iest z hordy, y do Nas się nazad wraca. Ale cobyśmy mieli sobie obiecować y co za nadzieię mieć o przyiaźni y pokoiu z tey tam strony, napisał Nam w tymże liście swym, co my z niego wypisać kazawszy, Uprzeymości twey posyłamy. Przyiechał potem goniec samego cara do Nas z listy iego, a za nim y wielki poset, ku temu z tymże wielkim postem Tatarskim czarus Turecki: ci wszyscy co za listy Nam y co za pisania przynieśli, to Uprzeymość twa z przepisów ich, które przy tym naszym liście posyłamy, wyrozumiesz. A iż daie w nim znać iawnie car Tatarski, gdzieby mu upominki, które mu Kozacy, gdy ie z Moskwy prowadzono, odięli, wrócone nie były, y Niżowców nie zniesiono z Dniepru, y nie

(1) Niedał się jednak xiąże Pruski, jako odszczepieniec od kościoła Katolickiego, od razu skłonić do zaprowadzenia u siebie poprawionego Kalendarza. Musiał Król kilkakrotnie o to do niego pisać, i przekładać wymawiającemu się różnicą wiary, że kalendarz nie ma nic spólnego z wiarą, że ten, którego xiąże chciał się trzymać, nie przez Chrystusa, ale przez poganina Juliusza Cezara, był postanowiony. ~~Z tegoż powodu przysłało w Rydze do otwartego buntu.~~

Ale nietylko u nasz, w innych także krajach, protestanci jedynie tylko przez wstręt do tego wszystkiego, co z Rzymu pochodziło, dłużej lub krócej upierali się przeciw oczywistej prawdzie przy Juliuszowym Kalendarzu. I tak protestanci Niemieccy dopiero roku 1700 Gregoriański kalendarz przyjęli, a za nimi zaraz poszła Dania, Szwajcarya i Holandya. Anglia trzymała się Juliuszowego Kalendarza aż do roku 1752. Dziś tylko Moskwa i inne narody Greckiego obrządku przy dawnym stylu, czyli przy dawnym błędzie pozostają.

{Dopisano Jan Zygmunt, elektor Brandeburski, składając 18 listopada 1611 roku czołobitne uniżenia i wyznawając przysługę królowi Stefanowi Batoremu.}

~~nia~~ uwarano, że chce ~~odbie~~ Sowito ie odebrać, ktemu iż iuż pogotowiu iest na mieyscu pewnem z woyskiem wszystkiem, y rok Nam prefigowat, do ktorego iedno trwać, y odkazu od Nas czekać chce, ludzi z hord inszych ściąga, y Tatarowie Budzy z pól Dobruckich y Białogrodzcy do niego się ściągaią, iako o tem straźnik nasz Golski do Nas pisze, ktorego też listu przepis Uprzeymości twey posyłamy (1), do tego ieszcze iż y cesarz Turecki za to się też bierze, w liście swym Nam pisze, ieśliby nie nagrodzono to było y nie wrócono carowi Tatarskiemu co kozacy pobrali, y kupcom także Tureckim, że nie iedno mu pozwoli ~~[illegible]~~ odbierać, ale y woyskiem mu swem pomagać chce; rozumieć y obaczyć zatym snadnie możesz Uprzeymość twa iakiego się Nam niebezpieczeństwa na Rzeczpospolitą y państwa nasze obawiać od tak mężnych y gotowych nieprzyiaciół potrzeba. W ktorey tak wielkiey a ważney sprawie y deliberacyi nie zdało się Nam nic czynić y postów tych odprawować, aż-byśmy się wtem dołożyli pierwiey iako inszych Rad naszych przednieyszych, tak y Uprzeymości twey, iakoby odprawieni bydź mieli ci postowie, y iakoby niebezpieczeństwu Rzeczypospolitey tak wielkiemu y tak nagłemu zabiedz.

Przypatruiąc się y uważaiąc wszystko, coby mogło bydź uczyniono w tey sprawie, te sposoby się naydują y bacza, ktoremiby postąpić w niey przyszło: żeby albo postać do cara y pokarać mu naszą w tey mierze equitatem, y że on niesłusznie to bierze przed się, y niesłusznie się za te rzeczy, ktore praetendit, wymuje, a tem go uiąć y zahamować w iego przedsięwzięciu, albo do media jakich, to iest do Kommissyi y uczynienia sprawiedliwości z Kozakow y do iednania rzeczy przywodzić, albo nagrodę uczynić o iaką się upomina, albo do Tureckiego cesarza postawszy, o zadzierżenie tey sprawy starać się, albo nakoniec odpór dać.

Co się pierwszego dotycze, aby naszę w tey rzeczy equitatem pokazać, gdyby kto dał racyom miaysce, mogłoby się tego wzyć, y mielibyśmy to nań, że upominki te do nieprzyiaciela mu naszego postane były, że się z nim kumał, że w iego samego ziemi to rozbicie się stało. Ale on miałby też na nas to, że nieraz z ziemi naszey Dzieią się od Kozakow takie wtargnienia w ziemię iego, pobierania dobytkow y inszych rzeczy, o co y cesarz Turecki pisze y skarży się, że pod Oczakow, pod Białogrod przychodzą kozacy, do ziemi Wołoskiey wtargiwaią biorą bydło, owce stada przeciw przymierzu y pokoiowi. A tak iako ~~gdybyśmy~~ chcieliby-śmy ich equitate przepisać, tak y oni mieliby też swe racye na nas, ale cum barbaro y z głodnym trudno porozumno certować racyami: nie wda się on w kontrowersią, gotow zarax do exekucyi, a chce aby mu odpowiedziano directe y categorice, albo uczynić, albo wetować będę.

Drugi sposób iest, żeby ad media aliqua się uciec, to iest albo do kommissyi, albo do iednania, albo czego takowego. Kommissye te zawżdy zwyczayne były w tey

VIII (1) Obacz list Golskiego tudzież wypisy z listu posła do Hordy o ktorych król powyżey mowi, umieszczone przy końcu roku 1582.

~~tey~~ Rzeczypospolitey, y tym sposobem zatrzymywał się pograniczny pokóy, gdy kontrowersie wszystkie między ludźmi naszemi a sąsiedzkiemi były decydowane, tak z chrześciańskim cesarzem, od Szlązka, ~~(od Końska)~~ tak z margrabstwem, tak z Pomerańskiemi xiążęty, tak z Turki y Wołochy; nakoniec z któremi kiedy kommissye albo seymiki bywały składane, dla sprawiedliwości dawano y mandaty o tem, y oznaymowano aby swe krzywdy każdy dawał wpisywać w regestr, który do Wołoch odsyłano. A zasię też kiedy z Wołoch regestr takowyż przyniesiono, te coby byli nieosiedli, dla tego aby sądowi dostali, iedne brano do sądzenia, którym o niemałego co winę dano, drugie ręczono, aresztowano, a tak tym sposobem zatrzymywał się pokóy pospolity, kiedy porządnie wysławszy na kommissyą ludzi dobre, sprawiedliwość czyniono każdemu. Teraz gdybyśmy tey kommissyi z Tatary użyć chcieli, boimy się abyśmy tym ludziom dogodzili, gdyż dosyć mamy na tey konstytucyi, ~~(tenem constitutionem)~~, która się była w Warszawie uczyniła przed wyiazdem naszym do Wielkich Łuk: nie chciano iey cierpieć, choć za nią ieszcze nikogo było nieskarano. Druga, przez tak krótki rok, który założył nieprzyiaciel, trudno do tego przyiść, gdyż on iuż pogotowiu iest, y woysko ma, które żeby miał tak lada iako słowy uwiedziony rozpuścić, próżno by myślić o tem, bo y to ma przed sobą, że przeszłych czasów, choć się co takiego składało, nic przedsię nie odnosił ~~(bo gdy to ma przed sobą że przeszłych czasów, choć się co takowego składało, nie przedsię nieodnosił)~~.

Jednać się też o to, y postępować co, zła sequela: mógłby tego y potem, zmówiwszy się z Moskiewskim, który nieprzyiacielem iest naszym, chcieć; przeto y ten drugi sposób trudno się ma nadać; ieśli zasię nagradzać y wracać iako chcą, to mało iest rzecz podobna, aniby skarb nasz temu wydołał. On sobie szkodę szacuie na pięćkroć stotysięcy asprów, ~~piastrów~~, co uczynić może sto sześćdziesiąt y kilka tysięcy złotych naszych. Nuż ktemu cesarz Turecki zechce, aby też kupcom iego nagrodzono, więc insze szkody, stada końskie, białegłowy, y insze rzeczy, co im przeszłych czasów pobrano, na coby to wyszło? gdzieby się tey summy dostać ~~(gdzieby się tey samey dostać mogło?)~~ mogło? do tego indignitas by wielka była, kiedyby na harde nieprzyiacielskie wskazanie, albo pisanie, to co on chce czynić się miało; bo gdyby się raz cokolwiek takiego stało, oniby zawsze nagrody chcieli, a z drugiey strony swawoleństwo by się mnożyło, gdyby co oni zbroią, zastępowano za nie.

Co się tycze posłania do cesarza Tureckiego, to może się uczynić potem, ale próżnoby się spuszczać na to; boby y niewczas był przedsię było, ~~(przecie było,)~~ za gotowością tą nieprzyiacielską, y niewiedzieć coby się tam sprawiło, gdyż y sam cesarz Turecki iest obrażon ze strony tychże Niżowców, tak wtargnieniem do Wołoch, iako zabieraniem kupców, y trzód teraz świeżo pod Białogrodem y Oczakowem, o czem też sam cesarz teraz w liście swym expostuluie, y czans ten Turecki widział pod Bracławiem owce Tureckie teraz niedawno zabrane.

Ostatnia iest, żeby odpór dać nieprzyiacielowi, co kiedyby mogło bydź, naybezpiecznieysza by ta była y naypewnieysza; ale iako to być może, y iaka potężność iest w Rzeczypospolitey naszey do obrony samych siebie, świadomo iest ~~tłu~~

Uprzeymości twey, zwłaszcza że na seymie przeszłym ani mówić o tem chciano; iednak do tey trocha ludzi służebnych, która iest w Kraiach Ruskich y Podolskich, posyłamy hetmana wielkiego koronnego, a z nim dworu naszego Polaków y Węgrów ile możem, także y piesze nasze; on też sam sposobi sobie co przemoże ludzi, y starać się będzie, aby odpór nieprzyiacielowi iako naywiększy będzie mógł, dawał.

Byłoć y to in consideratione u Nas, ieślibyśmy, niżli respons iemu na to poselstwo damy, mieli gońca iakiego naszego z listem do niego posłać, hamuiąc go od tego przedsięwzięcia, dokąd responsu mu skutecznego nie damy. Ale y to widzieliśmy żeby nic nie pomogło, bo to pewna a istna rzecz, ieśli samo to, żeby go cesarz Turecki użyć chciał przeciw Kuszełdasy, nie zahamuie go w iego przedsięwzięciu, tedy ani pisanie nasze, ani nic inszego tego nie sprawi, y owszem to nasze posłanie dodałoby mu ieszcze serca przeciwko Nam, gdyby widział że się trwożym na groźbę iego, y maiąc od nas list, z któregoby się znaczyło, żeśmy wiedząc o wskazaniu iego, nic mu na nie skutecznie nie odkazali, miałby speciem iakąś y pretekst aequitatis na Nas, czego y oni, lubo są barbari, patrzą. Już tedy do niego nie słać nikogo.

Posła iego y także Tureckiego dotąd nie odprawimy, aż od Uprzeymości Waszych, Rad naszych, mieć będziem respons około odprawy ich, a hetmana wielkiego, iakośmy wyżey tknęli, wyprawuiem do Rusi, ieśliby przyszedł nieprzyiaciel, aby iakikolwiek przeciw niemu był odpór. Ale iż on pewnie z wielką mocą przyidzie, gdyż dosięga ludzi y w inszych hordach, y drudzy Tatarowie do niego się ściągaią, ktemu że daie znać o sobie, czegoby nie uczynił, kiedyby z małym ludem przeyść miał; przeto gdzieby mu to woysko nasze dosyć równe wytrwać y wydzierżeć mu nie mogło, albo więc gdyby, czego racz Panie Boże zachować, nieszczęście na nie iakie przyszło, żeby ie spart nieprzyiaciel, coby nam daley czynić, tu nam rady zdrowey potrzeba. Pewnie nieprzyiaciel, gdyby do tego przyszło, dowiedziawszy się od więźniów, że woyska żadnego inszego niemasz y ludzi żadnych, nie wróciłby się lada iako, aleby tu długo koczować chciał, a woiować iak naydaley. My do czegobyśmy się rzucić mieli, żadney obrony w ręku swych nie maiąc, bez seymu, który choćby się y złożyć chciał, nie mogło by to bydź ledwo we dwanaście niedziel, a nieprzyiaciel iuż na koniu siedzi, y iuż woysko zebrał. A tak daley ieśliby przyszło do czego, opowiadamy się Wam, Radom naszym, że nie wiemy do czegoby się rzucić.

Czaus ten co przyiechał, chce Nas jednać z carem Przekopskim, ale tak chce iednać, abyśmy carowi szkody te iego nagrodzili, co ieśli ma bydź y może bydź, wyżey się iuż przełożyło. Bez wszelkiey wątpliwości masz Uprzeymość twa w dobrey pamięci, cośmy często na seymach około swawoleństwa tego pogranicznego przekładali, y do czego Nas ma przywieść y Rzeczpospolitę; ale to wszystko mieysca nie miało, owszem y to co było postanowiono na seymie dla iakiego takiego postrachu swawolnym, potem odrzucono iest; zaczem tym większa swawola urosła, y tym większe a większe drażnienie nieprzyiaciela.

Podięli się byli tego posłowie nasi podczas elekcyi, żeśmy mieli tak z cesarzem Tureckim, iako y z Tatary pokóy zatrzymywać, iakożeśmy go uczynili, y do tego czasu zatrzymywali,

ale

ale nie miał go też nikt in contrarium dla swych pożytków y dla swey woli od Nas postanowionego turbować y wzruszać, y Rzeczpospolita tego powinna była przestrzegać, ne laxarentur habenæ licentiæ; bo to niepodobna, aby nietylko poganin, nietylko możny, ale nakoniec y brat ustawicznie krzywdy cierpiąc, miał dobrą wolą przeciw temu, od Kogo ie cierpi, postąpić zachować.

Ma też Uprzeymość w dobrey pamięci, że w Warszawie gdy był poseł u Nas do Króla Duńskiego z listem, w którym się Nam ten Król ofiarował, że chce włożyć się między Nas a Króla Szwedzkiego około różnic, które między nami intercesserunt, iż naten czas Panowie Rady baczyli wielkie impedimenta bydź tey osobie w sprawie tey; gdyż y sam Król Duński rozumie się mieć interes w tem, o co między Nami a Królem Szwedzkim idzie; zdało się tedy na ten czas posła tego tak tylko odprawić, żeśmy mieli przez swego Królewi oznaymić. A tak gdy z tym odkazem trzeba Nam do Króla Duńskiego posłać, y w tem Nam Uprzeymość oznaymi zdanie swe, w czemby tego posła odprawić, żeby y Król Duński obrażon nie był, y do tych spraw nie był tak głęboce przypuszczon; gdyż było było z wielkiem niebezpieczeństwem prawa naszego y Inflanckiey ziemi. W czem wszystkiem napominamy Uprzeymość twą, abyś Nam bez omieszkania odpisał; gdyż ci posłowie Turecki y Tatarski niemałym kosztem zatrzymują się, y to niebezpieczeństwo Tatarskie żadney zwłoki nie dopuszcza. Żądamy zatem bydź Uprzeymość twą dobrze zdrową. Dan w Krakowie, dnia 13 miesiąca stycznia, roku Pańskiego 1583, panowania naszego roku siódmego.

Stephanus Rex.

17.

Dépêche de Mr. Hurault de Maisse, ambassadeur de France, au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu. Mss. St. Vict. 1091.

Je ne faudrai, Sire, de faire entendre à ces Seigneurs au premier jour ce que m'a commandé par votre lettre du 25 du passé touchant l'ambâssade de Pologne et espère qu'ils ne voudront être les premiers à faire ce préjudice à Votre Majesté, dont je vous avertirai incontinent. Je n'ai rien appris depuis de cette affaire, étant demeurée en même état, sinon que le Duc me dit dernièrement sur un autre propos, que si le prince Batory se voulait joindre avec eux, qu'ils pourraient beaucoup empêcher le dessin du Turc contre la Chrétienté, et que pour cet effet ils avaient pensé y envoyer un ambassadeur, mais n'ayant eu la réponse de Votre Majesté je ne m'en voulus découvrir davantage.

Venise le 15 janvier 1583.

X.

Mowa posła Francuzkiego Hurault de Maisse do doży i senatu Weneckiego miana 18 Stycznia 1583 roku.

Bibl. cesarska w Paryżu. Suppl. fran. 174.

Serenissimo principe. Ho sempre imparato che il governo delle cose di principi è molto differente dal governo delle cose di privati, e fra molte ragioni le quali si possono e sogliono dir in questo proposito, una mi par di considerazione grande, cioè che tutti i privati indirizzano i loro consigli a quello che gli par essere lor utile e commodo, ma i principi, sia che la cosa che gli è proposta sia utile o no, debbono drizzare i loro consigli alla fama e riputazione, e questo è quello che Tiberio Imperatore rispose a Sejano, il quale gli domandava cosa utile e commoda, ma con poca riputazione, nempe ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent, principum diversam esse sortem, quorum precipua rerum ad famam dirigenda, e per questo il rè mio Signore non meno desideroso di conservare la sua riputazione che i rè suoi predecessori ed ancora più, se più puote, avendo inteso che questa Serenissima Republica aveva preso parte nel eccelso consiglio di pregai, di mandar un ambascialore in Polonia appresso il Battori, Sua Maestà m'ha commandato di venir verso la Serenità Vostra e questi Illustrissimi Signori per pregarla di non fargli quel pregiudizio grande di riconoscere un altro rè di Polonia che Sua Maestà per le ragioni le quali io dirò in poche parole alla Serenità Vostra, le quali ben intese ed esaminate da Voi, Sua Maestà crede ch'ella ne ricevrà il contento ch'ella desidera.

Dunque Sua Maestà m'ha commandato di far intendere alla Serenità Vostra, che sicome Sua Maestà ha sempre fatto grande fondamento e stima dell'amicizia di questa Serenissima Republica e ne ha fatto pruova nei suoi bisogni, donde se lauda grandemente, così Sua Maestà avrebbe dispiacere grande che questa Serenissima Republica fosse la prima a far quel pregiudizio tanto importante alla riputazione ed alla memoria di Sua Maestà, perchè sebbene Sua Maestà sia stata sforzata d'abandonar il regno di Polonia per ricevere il suo proprio patrimonio e liberarlo dai tumulti dai quali era travagliato e conservar quel giusto e legitimo regno di Francia, nientedimeno per questo Sua Maestà non crede che si possa o debba dir ch'ella ne debba restar privata.

Perchè Sua Maestà essendo eletto e coronato rè dai Poloni e ricevuto da loro il sacramento di fedeltà, sebbene per l'amministrazione delle cose sue hanno chiamato a se il Battori, per questo Sua Maestà non ha lasciato di restarne sempre rè e superiore non ci avendo mai rinunziato, e questo è conforme alle leggi civili, le quali non sogliono le cose nostre esser tolte a niuno senza la nostra licenza, conforme ancora alle leggi di questa Serenissima Republica, essendo stata presa parte nell'anno 1460 incirca nell'elezione del principe Paschale Malipiero, ch'essendo una volta eletto un principe non si possa mentre che viverà dimettersi, ma si possa crear un vice-doge, e così crede Sua Maestà ch'essendo ella viva non si possa far un altro rè di Polonia.

Nè manco si può dire ~~che~~ Sua Maestà abbia perso la possesione di quel regno, nè ch'il Battori l'abbia posseduto, perchè in ogni luogo dove lui ha voluto farsi riconoscere per rè di Polonia, Sua Maestà si è sempre opposta, come ha fatto in Roma quando per i suoi procuratori volse giurar l'obedienza a Sua Santità ed alla S. Sede Apostolica, avendo Sua Maestà preso un atto della sua opposizione, nè manco Sua Maestà ha avuto mai intenzione di non possederlo, anzi ha sempre sperato e spera ancora essendo le cose del suo regno acquetate, come con la grazia d'Iddio le sono adesso, di

cercare tutti i modi di recuperarlo.

Ma questo che rincrescerebbe più a Sua Maestà è che se le Serenità Vostre comminciano di tener il Battori per rè di Polonia, sicome la virtù di questa Serenissima Republica è stimata e riverita di tutte le altre nazioni, così questo esempio sarà di tutti più facilmente seguitato ed imitato, e si persuaderà ognuno facilmente che questa Serenissima Republica avendolo fatto in tempo nel quale ella fa professione d'amicizia grande verso Sua Maestà, l'avra fatto con considerazione e ragion grande, e così resterà quel titolo al Battori il più grande ch'abbia ancora avuto.

E mi par a proposito di dire alla Serenità Vostra che tutti i legitimi principi stabiliti da Dio, o sono nati o eletti: nascer principe è cosa da Iddio e della fortuna, esser eletto viene della virtù e de' meriti: „Generari et nasci a principibus fortuitum, dice Tacito, nec ultra æstimatur; si eligere velis, consensu probatur." Iddio ha fatto quella grazia al rè mio Signore d'averlo fatto nascere rè e principe grande, la sua virtù ed i suoi meriti l'hanno in età di diciotto anni chiamato al regno di Polonia: Sua Maestà non fa manco conto di quello che la sua virtù e meriti gli hanno dato; si ritrova pochi principi i quali abbiano e la virtu e la fortuna congiunta insieme.

Sua Maestà s'assicura che le Serenità Vostre troveranno queste ragioni così buone che le seguiteranno facilmente, e crede Sua Maestà che questa Serenissima Republica non ricevra manco contento di questo di lei avendo con questo modo l'una e l'altra corona alla devozione, come il resto che Sua Maestà ha nelle mani.

Sua Maestà prega la Serenità Vostra, sicome ho detto al principio, di non fargli quel pregiudizio grande, non vedendo Sua Maestà che in questo questa Serenissima Republica possa ricevere alcuna utilità non avantaggio, perche o questa elezione d'ambasciatore si fa alla requisizione del Battori, ed in questo caso crede Sua Maestà che questa Serenissima Republica preferirà il suo interesse al contento del Battori, ovvero se manda questo ambasciatore per negozio particolare di questa Serenissima Republica, nel quale Sua Maestà non vuol penetrar più inanzi, in quel caso sono altri modi di poter negoziar senza far quella publica demonstrazione e quel pregiudizio alla riputazione e memoria di Sua Maestà.

XI.

Monachis Miechoziensibus.

90 ii 89 Teka Naruszewicza 96. Ex Miechovia Antiqua Nakielscii.

Venerabiles et religiosi, devote Nobis dilecti.

Ita placuit divinæ Majestati, ut præpositus vester, Reverendus Simon Lugowski, quem Nos etiam nominatione nostra Premisliensem episcopum designaveramus, decederet ex hac vita. In cujus locum ut ordo vester nobilissimus, pro sua amplitudine, hujusmodi haberet præpositum, qui illi cum dignitate præesset, resque et negotia illius ubique strenue tueretur et administraret, nepotem nostrum ex fratre, qui in Pultuscoviensi Societatis Jesu collegio in literarum studiis versatur, Illustrem Andream Bathori, illis proponendum et ad munus illud promovendum esse existimavimus. Nam et ille eo est animo, ut in sacerdotali et ecclesiastico statu vivere cupiat, et vobis non incommodum erit, præpositum habere nostra familia, nostroque sanguine procreatum, maximisque a Deo omnipotente animi et ingenii dotibus, ac non vulgari eruditione ornatum. Quare proponimus illum vobis, ut vestris etiam votis et sententiis id comprobetis, eumque in præpositum vestrum eligatis, quod ubi feceritis, et ordini ac ecclesiis vestris in universum, et priva-

tim vobis ipsis optime consuletis. Quidquid enim ad ornandum ordinem vestrum pertinebit, ab illo equidem curabuntur sedulo, et nostra in eo opera nusquam illi vobisque deerit. Non dubitamus Devotiones Vestras et nostro commendationis et ecclesiastico, ac suo ea in re utilitatis rationem habituras, quibus de rebus aget copiosius vobiscum Venerabilis Petrus Tylicki, canonicus Posnaniensis, secretarius noster. Bene valeant Dominationes Vestro. Datum Niepolomiciis, 22 januarii, anno Domini 1583, regni vero nostri septimo.

XII. Stephanus Rex.

Dilecto filio, nobili viro, Nicolao Christophoro, Radziwil, duci Olyco et Nieswiez, Magni ducatus Lithuanio supremo mareschalco, Gregorius papa XIII.

90, 12 Ex Hist. mss. Posseli: Arch. St. Aug. regis.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecisti, quod tu devotionis zelo et fervore ductus, cupis sepulchrum Dominicum Hierosolymitanum, ac forsitan alia ultra maria Terro Sancto pia loca visitare, si tibi ad id nostra et Apostolico Sedis licentia suffragetur et facultas. Quare Nobis humiliter supplicare fecisti, ut tuo pio desiderio hujusmodi in promissis annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur te specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi ut sepulchrum Dominicum et alia ultra maria Terro Sancto loca prodicta personaliter visitare libere et licite valeas, dummodo prohibitas ad partes infidelium non deferas, plenam et liberam licentiam et facultatem auctoritate apostolica tenore presentium concedimus. Datum Romo apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 22 januarii, anno 1583, pontificatus nostri anno undecimo.

XIII. Aliud exemplar literarum ejusdem pontificis.

Gregorius papa XIII. 90 13 Ex Hist. mss. Posseli. Arch. St. Aug. regis.

Universis et singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, dominis eorumque magistratibus, nec non capitanis classium et navium, ceterisque dominis temporalibus, et nostris ac S. Ecclesio medietate vel immedietate subjectis, salutem et apostolicam benedictionem. Quum nobilis vir, Nicolaus Christophorus Radziwil, dux Olyco et Nieswiez, Magni ducatus Lithuanio supremus mareschalcus, sicut Nobis nuper exponi fecit, devotionis fervore accensus, sepulchrum Dominicum Hierosolymitanum propediem concedente Domino visitare cupiat, Nos, pro singulari nostra erga dictum ducem charitate, ei tutum et securum iter ubique esse exoptamus. Vos omnes Nobis non subditos plurimum hortamur et requirimus, subditis vero nostris arcte praecipimus ac mandamus, ut si ducem prodictum ad loca vestra et nostra pervenire contigerit, ipsum una cum ejus comitibus ac familiaribus benigne et liberaliter recipere, complecti, et tractare quum pro ejus dignitate, tum etiam nostro intuitu velitis, et illi, si opus fuerit, et vos duxerit requirendos, de idoneo presidio et salvo conductu prompte providere curetis, sicque efficiatis, ut vos de propenso erga dictum ducem animo merito commendare, et in occasionibus parem vobis gratiam referre valeamus. Datum Romo apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 22 januarii, anno 1583, pontificatus nostri anno undecimo.

XIV.

Dépêche de l'ambassadeur de France au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu. Mss. St Vict. 1091.

Sire. J'ai fait entendre bien au long à ces Seigneurs les raisons contenues en la lettre de Votre Majesté du 25 du passé, touchant l'ambassadeur de Pologne et y ai ajouté tout ce que je pensais pouvoir être à propos pour les persuader de n'être les premiers à faire cette déclaration, laquelle ne pouvant apporter en ce temps grand avantage ni commodité à la République, ferait néanmoins très grand préjudice à la mémoire et réputation de Votre Majesté, et qu'ayant cette grâce de Dieu d'être né roi du royaume de France et d'avoir été en l'âge de dix-huit ans élu celui de Pologne, Votre Majesté ne désirait pas moins conserver ce que vous aviez acquis par votre vertu et mérite que ce que la naissance vous avait apporté, retenant l'un comme provenant de la bénédiction de Dieu, et l'autre comme un témoignage de votre vertu et magnanimité approuvé par le commun consentement de cette nation, y étant encore invité d'autant plus qu'il se trouvait peu de princes qui eussent pu conjoindre la vertu et la fortune ensemble comme Votre Majesté avait fait et l'un et l'autre. Ils m'écoutèrent longuement et avec grande patience et enfin le prince suivant leur façon accoutumée me dit que ces Seigneurs s'assembleraient et feraient réponse à Votre Majesté. Mais cependant parlant à moi comme particulier qu'il me voulait bien dire sachant que j'étais ami de leur République, qu'ils ne connaissaient le Batori, mais qu'ayant vu les autres princes faire le semblable, et qu'ayant cet avis de leur ambassadeur résidant près de l'empereur, que notre Saint Père y avait envoyé un Jésuite nommé Posevin, dont j'ai ci-devant écrit à Votre Majesté, qu'il ne pensait point y envoyant un ambassadeur vous faire de préjudice, même que ce Jésuite y avait si bien fait qu'il avait été ministre de la paix d'entre les Moscovites et le Batori, et travaillait encore pour accommoder les différends qu'il pouvait avoir avec l'empereur, dont on esperait que tous ces princes s'unissant ensemble il en adviendrait quelque grand bien à la Chrétienté; au demeurant qu'ils avaient déjà élu et nommé par avis de tout leur sénat un de leurs gentilshommes ambassadeur, et qu'il recevrait une grande honte si l'on le revoquait maintenant. Je lui répondis en peu de paroles que ce que notre Saint Père avait fait, ne se pouvait tirer à consequence, n'étant cette entremise du Père Posevin procedée sinon du bon zèle que Sa Sainteté portait à la Chrétienté pour émouvoir la volonté et intention de ces princes à la paix, et qu'il n'y avait rien de semblable à ce que voulait faire cette république ni pour la qualité d'ambassadeur, ni pour la résidence, et que même l'ambassadeur de Batori près l'empereur il ne l'avait voulu reconnaître pour ambassadeur, mais que ce qui serait par eux fait en plein sénat, devait d'autant plustôt être suivi et embrassé de tous les autres princes que l'on verrait qu'avec grande prudence et circonspection ils auraient fait cet acte même en ce temps où ils font le plus d'état de désirer l'amitié et la grandeur de Votre Majesté. En somme qu'ayant entendu ce que je leur avais proposé de votre part, je les suppliais me vouloir faire réponse et avoir plutôt égard au juste intérêt de Votre Majesté qu'à contenter le Batori au préjudice de votre réputation, si tant était, comme j'avais entendu, qu'ils eussent élu cet ambassadeur à sa réquisition. J'ai depuis attendu de jour à autre cette réponse laquelle encore que j'en ai fais parler à quelqu'un en particulier, ils l'ont si bien tiré en longueur qu'ils ont gagné l'arrivée de ces ordinaires, estimant qu'ils en auraient quelque avertissement par leur ambassadeur qui est près Votre Majesté, en quoi ils ont été trompés, car l'ordinaire arrivant hier, qui fut le vingt septième, ils n'ont reçu aucune lettre de lui et

attendent l'extraordinaire qui arrivera dans trois jours, par lequel ils pensent en apprendre davantage, m'ayant cependant envoyé avertir par quelques uns de ne trouver étrange cette longueur comme chose ordinaire en la République, et que je m'assurasse qu'en cette affaire ils contenteraient Votre Majesté. Cependant le bruit commun est entre eux que l'on vous fait tort et préjudice très grand si on ne le revoque. Je ne les ai voulu presser davantage, car je vois qu'ils en sont en peine; aussi sais-je bien que dès lors qu'ils eurent fait cet ambassadeur ils commencèrent à connaître la faute qu'ils avaient faite, et celui même qui a été élu, quelque chose que l'on lui ait dit, ne s'en est jamais voulu remuer, s'attendant de ce qui en est advenu. Il serait à propos maintenant, s'il plait a Votre Majesté, d'en dire un mot à leur ambassadeur, afin qu'ils ne prennent opinion que l'on s'en soit voulu cacher, lui donnant à entendre que Votre Majesté m'en a premièrement écrit, d'autant que c'était une affaire qui ne se pouvait traiter qu'en ce sénat. J'ai opinion, à ce que j'ai pu apprendre, non que je le veuille assurer à Votre Majesté, que le fondement de cette élection d'ambassadeur vient de quelque traité, que le pape fait faire par ce Père Possevin pour faire une ligue entre le Batori, le Moscovite, ces Seigneurs et lui contre le Turc, car par quatre ou cinq fois ces Seigneurs m'ont parlé de cette union générale, et je crois pour certain que la plus grande peine où ils soient pour me donner réponse est de ce qu'ils se sont engagés de promesse pour cet ambassadeur avec le pape; car encore que ces Seigneurs ne veulent rien remuer, ni faire chose désagréable à Votre Majesté, néanmoins la crainte qu'ils ont du Turc est si grande, que pour cet égard tous partis leur sont bons, et ils laissent toutes autres considérations en arrière. Or, Sire, Votre Majesté considérera, s'il lui plaise, de quelle conséquence cela pourrait être, étant véritable, car en ces traités il y peut entrer beaucoup de conditions. Je travaille tant que je puis pour en apprendre d'avantage, et crois que par leur réponse on en pourra découvrir quelque chose, dont je ne faudrai en avertir Votre Majesté, sachant combien cela peut importer à votre service. Venise 28 janvier 1583.

Rex Stephanus ad Elisabetham reginam Anglię.

London, State paper Office: Correspondence with Poland.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc. Serenissimæ principi dominæ Elisabethæ eadem Dei gratia Angliæ, Franciæ et Hiberniæ Reginæ, fidei defensori, sorori et amicæ nostræ charissimæ salutem, et felix rerum omnium incrementum, nostramque propensionem atque benevolentiam. Serenissima Princeps soror et amica charissima. Detinetur jampridem vinctus in regno Serenitatis Vestræ Jacobus Bosgroneus, theologus Societatis Jesu et professor in Academia Vilnensi, noster vir, is, ad cujus pietatem et doctrinam ora multi obverterunt sua, nullam aliam, ut audimus, ob causam, nisi quod catholicam Romanam religionem cum lacte ipso materno haustam complexus, naviter adhuc profiteatur; equidem non dubitamus, quin Serenitas Vestra intelligat quanti intersit, hominem pietate et eruditione præstantem ab Academia ea, quam ipse quasi excolere diligenter cœperat, tanto abesse tempore, Nos quidem certe absentiam ejus rei literariæ multum incommodavisse facile perspicimus, quæ causa est, ut diligentissime a Serenitate Vestra petamus, velit in gratiam nostram eum theologum liberum Nobis transmittere, ut in pristina collocatus statione, pietatem, litteras bonas, nostros edocere pergat, qui Ecclesiæ et Reipublicæ magno futuri sint usui et ornamento. Non dubitamus Serenitatem Vestram, pro sua erga Nos benevolentia, hunc hominem Nobis donaturam esse, neque commissuram, ut, quum Serenitatis Vestræ hominibus, religione qualubet, in regno nostro piis esse liberum sit,

nostris id in regno illius capitale esse debeat, quum ceteroqui speremus brevi futurum esse, ut Serenitas Vestra benignitate et clementia sua regia ceteros itidem Catholicos jubeat esse liberos. Fecerit Serenitas Vestra rem humanitati consentaneam, Nobis vero admodum gratam. Quam bene et feliciter valere cupimus. Datæ Niepolomiciis, die 29 mensis januarii, anno Domini 1583, regni vero nostri anno septimo.

Literæ concessionis coloniæ generalis in Livonia. XVI.

90 14 Ex Cod. Dipl. Dogielii, t. V.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ etc. Universis et singulis, cujuscunque status et ordinis hominibus significamus præsentibus literis nostris: Quod quamprimum benignitate divina provinciam nostram Livoniam, superiorum regum Poloniæ lenitate amissam, de potentissimo Moschorum principe recuperavissemus, et recepissemus, faciendum Nobis esse, quod recta ratio jubet, quod magni itidem et pii principes factitarunt, in constituendis rebus istius provinciæ, duximus, uti quidem, quod Nobis, et universæ Reipublicæ christianæ felix, et salutare sit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, de religione sancta, quæ illic jam plane obliterata erat, episcopo catholico constituto, advocatisque piis sacerdotibus, et satis emptis possessionibus ecclesiæ addictis, constituimus, et nostram in id adhuc conferimus operam, ut provinciam legibus devinctam juris, et populo, rerumque copia auctiorem, et instructionem faciamus. Sed quia sine agraria, et mechanicorum operis, et commerciorum usu, ne quidquam provinciæ illius statum stabiliremus, placuit Nobis hinc inde literas nostras universales mittere, quibus omnibus quibuscunque liberis colonis, mechanicis, negotiatoribus, in provinciam nostram præfatam Livoniam facultatem veniendi concederemus, ita, si graves inprimis aliqui, rerumque periti viri coloniam eam deducendi sibi desumpserint munus et officium. Cæterum conditiones, quibus Nos illis cavemus, et illi vicissim Nobis debent, erunt istæ: coloni, mechanici, negotiatores isti, quos coloniæ præfectus adducet, erunt catholicæ Romanæ fidei, iisque colonis tum fundos cultoribus vacuos cum omnibus fertilium camporum, pratorum, sylvarum, pascuorum commoditatibus, paludum, aquarum decursibus, illorum instituto accommodatis, attribuemus, quantum illis sufficiet, jure hæreditario. Et ut certiores de jure possessorio rem familiarem curent melius, permittimus ei coloniæ in præfata provincia, oppida, villas, prædia, atque in eis templa, scolas, domicilia, molendina, officinas, et alia id genus ædificia, præsertim ad oeconomiam pertinentia exstruendi, fundosque, qui ei attribuentur, prout ei melius et commodius videbitur, ad culturam reducendi, in eisque proventus, et commoda quævis instituendi, opificia, et commercia exercendi, atque, salvo tamen portorio nostro aquatico, negotiandi, et si aliquod non ignobile oppidum successu temporis exedificaverit, tum eidem jura et privilegia civitatibus reliquis Livoniæ similia concessuri sumus. Ut autem hæc ipsa colonia tanto citius incrementa sua habeat, immunitatem atque libertatem decennalem ab omnibus censibus et exactionibus atque oneribus, ratione fundi, quem possidebit, illi concedimus, et in eadem colonia conservaturi sumus. Interim autem transigemus cum ejus coloniæ agricolis, mechanicis et negotiatoribus, de justo aliquo censu, quem post exactam decennalem libertatem, subsequentibus annis, redimendis oneribus, et operis rusticanis, thesauro nostro exsolvere tenebuntur. Præfecto quoque ejus coloniæ, ut laboris, et sumptuum in ea adducenda referat fructum, satis competentem fundum, et agrum conferemus. Quibus quidem conditionibus suprascriptis Nos in toto, et in parte satisfacturos esse pollicemur, atque hisce præsentibus cavemus, modo et ipsi ei rei, quam in se recipient, sint satisfacturi. Petimus autem

XVII.

Nadanie pocztu Sebastianowi Montelupi, w Niepołomicach 29 stycznia 1583 roku (1).

XVII. (1) Jest w Pamiętnikach do historyi króla Stefana dodanych przez Edwarda Raczyńskiego, Kraków, 1849.

XVIII.

Litera Georgii Braun ad Regiam Majestatem

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Serenissime et potentissime Rex, Domine clementissime.

Servitiorum meorum in gratiam Majestatis Vestrae commendatione praemissa. Non dubito S. Majestatem Vestram clementer meminisse, quemadmodum ex Andreae comitis a Gorka subordinatione, Stanislaus Laremba et Adam Mielinski, certa ab eo pecunia conducti, anno 1578. non denuntiata inimicitia, contra jus et honestatem, per summam violentiam, manu armata, in S. Caesaream Majestatis, Domini mei clementissimi, pacificam hanc provinciam, atque adeo in meum domum et territorium impetum facientes, ex inopinato in me irruerunt, ac letaliter vulneratum, in S. Majestatis Vestrae regnum Poloniae captivum abduxerunt, charissima uxore mea quoque, felicis memoriae, sauciata, ita quidem, ut ex eo tempore nunquam priori sanitati restitui potuerit, sed perpetuo ad extremum usque spiritum languescens, mortis suae causam constanter in Gorkanum, et ab eo submissos illos retulerit. Illo ipso tempore nobilem virginem, quae in uxoris meae gynaeceo erat, miseri trucidarunt, quod certe apud christianos inauditum est, praeterea nobiles aliquot, tum et alios servitores meos, graviter et letaliter vulnerarunt, me vero ita, ut dixi, sauciun, dies et noctes in varia loca circumvectarunt, mortem identidem minitantes, ac nisi Dei beneficio singulari servatus fuissem, vivus equidem liberari non potuissem. Tametsi autem S. Majestas Vestra, ut justus ac christianus rex, simul atque intellexerit, hoc in me facinus perpetratum, mandavit, ut illaesum me dimitterent, irritum tamen et contemptum S. Majestatis Vestrae ab illis mandatum fuit. Ego vero, ut me aliqua ratione in libertatem asserverem, coactus sum, contra omnes jus, indicta causa, ex illorum praescripto, me obstringere de hac injuria neque ad S. Majestatem Vestram, neque ad alium quemquam, me querelam delaturum esse.

Pro hac tali mea obligatione, etsi a me non requisitus (sed ut a fide dignis edoctus sum, ut Gurkano gratificaretur, quod ipse etiam apud Mielinskum, a quo invitatus familiariter hac de causa fuerat, in Pysdry publice praesetulit), obligationem suam interposuit D. Joannes Rurvarienski in eum casum, ut ego per vim extortae illi obligationi iniquissimae satisfacerem, aut certe decem florenorum millia exsolverem. Etsi autem Majestas Vestra, ut ex suis ad S. Caesaream Majestatem literis apparet, D. Generali Majoris Poloniae, simulque judicibus Pysdrensibus, silentium in hac causa imposuerat, tamen in eo quoque Majestatis Vestrae mandato nullus est locus relictus, verum fidejussor meus aliquoties in jus vocatus est.

Quoniam vero multiplices et magnae S. Majestatis Vestrae virtutes a multis celebrantur, quae ne mihi quidem ignotae sunt, jam inde ab illo tempore, quo

contra christiani nominis hostem nostrum hæreditarium illis in locis militarem, in quibus tum S. Majestas Vestra quoque erat, ac quum S. Majestas Vestra etiam Turcis et ethnicis justitiam administrare, pro sua æquanimitate et bonitate consueverit, non potui prætermittere, quin humiliter S. Majestatem Vestram rogarem (de quo etiam Cæsarea Majestas aliquoties literas ad S. Majestatem Vestram dedit), dignetur S. Majestas Vestra jam tandem, pro sua justitia sententiam in hac causa ferre, jubereque, ut per vim, contra honestatem omnem expressa obligatio illa Gurkano comiti, Mielinskio et aliis complicibus facta, tollatur et cassetur, tum meus fidejussor liber et immunis hoc nomine pronuntietur, præterea ut illa mea obligatio mihi sine ulla tergiversatione et cunctatione restituatur, denique eam rationem Majestas Vestra ineat, ut vel coram S. Cæsarea Majestate, vel Regia Majestate Vestra, vel utriusque partis commissariis ad eam cognitionem ordinatis, contra complices illos et eos, a quibus ad improbum illud facinus instructi sunt, id tandem aliquando fiat, quod justitia postulat. Efficiat Majestas Vestra, oro, ne ego unus ex iis, qui S. Majestatis Vestræ justitiam implorant, voti mei minus compos fiam, neve alia aliqua consilia quærere necesse habeam, ad quæ certe non nisi invitus et ægerrime descenderem. Confido autem plurimum Majestatem Vestram, ut christianum et justitiæ studiosum regem, sine ulla personarum acceptione, id in hac mea quoque causa facturam esse, quod in aliis summa sua cum laude et gloria facere consuevit. VI

Quod si autem comes Gorkanus, id, quod antea quoque fecisse dicitur, causam suam, quam cum D. Kurtzbach habuit, injicere velit, meque illi negotio sine fundamento immiscere, in eum tantum finem, ut impedimentum justissimæ hujus meæ petitionis executioni objiciatur; supplico S. Majestati Vestræ, ne talibus causationibus sine fundamento excogitatis locum dare velit, nunquam enim id ille probare poterit, ego autem contra fide dignis et nobilibus testibus comprobare possum, nihil mihi prorsus rei in illa Kurtzbachiana actione, sed ab ea me penitus immunem fuisse.

Quapropter iterum atque iterum humiliter S. Majestatem Vestram oro, ut regia sua justitia benignitateque dignum ad justissimam hanc petitionem meam responsum primo quoque tempore dare dignetur. Ego vicissim S. Majestatis Vestræ in gratiam mea paratissima servitia defero. Datum ex Cæsarea aula Vratislaviensi, 30 die januarii, anno 1583.

XVIII.

(1) Król, odebrawszy ten list, napisał do marszałka Koronnego w tej sprawie, a gdy list królewski Górce, kasztelanowi Międzyrzeckiemu przeczytano, odpowiedział, iż mu dziwno, że go w tę sprawę wdawają, do której nie należy i nic w niej do czynienia nie ma. Że Milencki (Mieliński?) porywa podkomorzego Pomańskiego do pewnego zapisu, tego mu rabować nie może, etc. Tak odpisał marszałkowi z Pomania w poniedziałek po niedzieli Kwietnej podstarosta Łagowskowski, który Górce list królewski odczytał.

diligenter a Sereniſſimis Dominis regibus, cæterisque Illustriſſimis principibus christianis, in tam salutari negotio, in dimittenda colonia constituenda in provincia Livoniæ, ut ne desint, quin mutuis Nos juvent operis, præsertim quum non tam emolumentum quæramus, quam provinciæ illius reformationem, quam regno nostro adjectam, non tantum Nobis, sed et universæ Reipublicæ christianæ confidimus magno futuram esse commodo et emolumento. In cujus rei fidem has literas manu nostra subscripsimus, et sigillis tam regni Poloniæ, quam magni ducatus Lithuaniæ obsignari fecimus. Datum Niepolomiciis die 29 januarii, anno Domini 1583, regni nostri anno septimo. (1.)

Stephanus Rex.

(1.) Pismo to jest u Dogiela z mylną datą, 29 januarii 1582. Zapomniał Dogiel, że tego dnia i tego roku król był nie w Niepołomicach, ale w Wilnie, dokąd z pod Pskowa powrócił. Po niedoszłym sejmie przyjechał z Warszawy do Krakowa w grudniu 1582, a w połowie Stycznia 1583 był w Niepołomicach, gdzie także jedno z poprzedzających pism podpisał.

Literæ nuntii apostolici ad Dominum cancellarium. XIX.

90 17 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Załuski, 255.

Illustriſſime ac Magnifice Domine. Rogavi alias Illustriſſimam Dominationem Vestram, ut de restituendo tabellariorum magistro cum Sereniſſimo rege, quoties sibi opportunum esset, agere non gravaretur. Id vero illam fecisse ex eo intelligere possum, quod postea Sacram Regiam Majestatem ad hoc ipsum tanto melius affectam semper invenerim. Quare faciendum mihi duxi, ut, quo nunc in statu res sit, Illustriſſimam Dominationem Vestram certiorem facerem, rogaremque, ut, quod illa ad communem omnium utilitatem constituit, quamprimum perfici curaret; nam etsi abest a curia, facile hoc tamen per literas præstare poterit. Mitto ergo ad illam exemplum illarum literarum, quas proxime ea de re ad Majestatem Regiam dedi. Quantum mihi in negotio Livoniensi profuerit Dominationis Vestræ Illustriſſimæ auctoritas, re ipsa expertus sum. Quare ut rem tantam, tanquam ad salutem animarum, et totius cleri dignitatem necessariam, pro sua pietate, atque prudentia mihi quamprimum conficiat, Dominationem Vestram Illustriſſimam etiam atque etiam rogo, eique summa quæque ac felicissima precor. Cracoviæ, die ultima januarii, anno Domini 1583.

Illustriſſimæ ac Magnificæ Dominationis Vestræ observantiſſimus
Albertus Bolognettus episcopus Massanensis.

Stephanus rex Poloniæ ad summum pontificem. XX.

90 16 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Załuski, 255.

Sanctiſſime et beatiſſime Pater, Domine clementiſſime.

Post oscula etc. Quum provinciam Livoniam benignitate divina regni mei potestatis rursus fecissem, quum alia, quæ ad cultum divinum in ea provincia propagandum pertinebant, diligenter curavi, ac arces præcipue quasdam et possessiones ad episcopatum in ea provincia instituendum designavi, tum pro debita mea in Sanctitatem Vestram, et Sanctam Sedem Apostolicam observantia, nuntium mittere constitueram, qui obedientiam provinciæ ejus nomine Sanctitati Vestræ profiteretur. Sed hac tamen in re quum difficultates nonnullæ intervenerint, per quas legatio ista explicari nondum potuerit, contendendum mihi a Sanctitate Vestra intelligo,

ut, etsi ratione atque ordine ipso professio illa obedientiæ prior sit, tribuat tamen hoc Sanctitas Vestra saluti animarum hominum provinciæ, ne episcopi a me nominati jus atque munus suspensum interim esse velit, verum sua etiam auctoritate, fundationem nominationemque eam meam primo quoque tempore confirmet, quod ut a Sanctitatis Vestræ clementia non alienum erit, ita operam dabo, ut quamprimum commode id fieri poterit, in nuntio eo expediendo, minime a me tardetur. Commendo me etc. Cracoviæ die .... januarii, anno Domini 1583.–

Stephanus, rex Poloniæ, ad summum pontificem. XXI.

90 c 17 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Sanctissime ac beatissime Pater, Domine Domine clementissime.

Post oscula etc. Quod superioribus literis meis pro mea in Ecclesiam et religionem catholicam pietate confirmavi, summo studio me curaturum, ut cum imperio catholicæ quoque religionis res propagentur, operam dedi, ut, quantum a me ad constituendas Livoniæ ecclesias proficisci possit, nihil desiderari a me paterer. In episcopumque Vendensem, virum eximia doctrina, prudentia, morumque probitate, Venerabilem Alexandrum Milenscium, abbatem Tremesnensem, nominavi: hujus nominationem ut Sanctitas quoque Vestra auctoritate sua, qua proxime ad Deum accedit, comprobet, confirmetque, et quia earum ecclesiarum, totiusque adeo provinciæ insignis non tenuitas modo, sed vastitas plane est, abbatiam simul Tremesnensem, quo eo commodius ecclesiæ servire possit, illi reservet, quanto possum studio, contentioneque a Sanctitate Vestra peto. Est earum regionum, ut ostendi, magna solitudo, adeoque magna vastitas, ut nihil fere adhuc magnopere ex proventibus ejus sperari posset. Faciet igitur Sanctitas ejus rem clementia, benignitateque sua dignissimam, [si] privilegium quoque confirmationis gratis ei ex cancellaria edi mandabitur, idque ut faciat, etiam atque etiam rogo. Quamprimum de proventibus bonorum eorum, quæ ad illam [ecclesiam] adjuncturus sum, certi aliquid sperari ~~potest~~ poterit, æstimatio eorum ~~iniatur~~ ineatur, ex cujus ratione postmodum a successoribus ejus cancellaria satisfiat. Commendo etc. Cracoviæ die .... januarii, anno 1583.

Ad cardinalem Farnensium. XXII.

90 18 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc.

Reverendissime in Christo Pater, amice noster charissime et honorande. Postquam singulari benignitate divinæ providentiæ Livoniam rursum regno nostro adjunxissemus, libertatemque et pacem ei restituissemus, nostra in Deum pietatis, gratique animi existimavimus, ut [in] religionem quoque catholicam in iis populis propagandam omni studio et cura incumberemus. Nominavimus itaque in episcopum Vendensem Venerabilem Alexandrum Milenscium, abbatem Tremesnensem, virum, qui non modo doctrina et eruditione, verum, quod in iis populis superiorum temporum calamitate a religione catholica plane abalienatis imprimis necessarium est, vitæ quoque sanctitate, probitateque, ad catholicæ religionis studium invitare eos possit. Hanc nominationem nostram, ut Sanctissimus quoque Dominus noster auctoritate [sua] comprobet, confirmetque, etsi de ejus hac in re in Nos et earum regionum ecclesias, quarum summa utilitas in hac nominatione versatur, benevolentia, minime quidem dubitamus, ut tamen sua quoque commendatione atque auctoritate perficiat, Paternitatem Vestram rogamus. Petivimus simul a Sanctitate ejus, ut nascentis illius ecclesiæ tenuitatis, seu regionum potius earum vastitatis eam quoque rationem habere dignetur, ut abbatiam interim Tremesnensem

eidem reservet, privilegiumque gratis e cancellaria edi jubeat. Quod deinde quamprimum de proventibus bonorum eorum, quos ad illam [ecclesiam] adjuncturi sumus, certi aliquid sperari poterit, estimatio eorum ineatur, ex cujus ratione a successoribus ejus cancellariis satisfiat. Gratissimam Nobis rem, et humanitate sua dignissimam Paternitas Vestra fecerit, si hisce quoque in rebus suo studio auctoritateque non deerit. Paternitatem Vestram bene valere cupimus. Cracovis, die ... januarii, anno 1583.

XXIII. Litera Sacra Regia Majestatis ad Georgium ducem Lignicensem.

Olobrzeg Zyrow Lignic. 90 19

Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ etc.

Illustris princeps, amice et vicine noster charissime. Literas Illustritatis vestræ, quibus subditorum suorum querelas limitaneas ad Byczynam controversas Nobis significat, accepimus. Scripsimus hac de re ad Magnificum sincere Nobis dilectum Andream Opalinski, regni nostri marschalcum, Majorisque Poloniæ generalem capitaneum, ut de certo tempore cum Illustritate Vestra conveniret, ad quod ab utraque parte idonei homines singuli, vel plures mitterentur, qui de momentanea quodammodo possessione convenirent, ac quid interea temporis observari debeat statuerent, donec per majores commissarios more majorum fines regantur, omnesque, quæ de hisce rebus controversiæ sint, plane tollantur. Magnifico igitur Majoris Poloniæ generali capitaneo Illustritas Vestra significabit, ad quod tempus, et quem in locum mittere velit. Illustritatem Vestram optime valere cupimus. Cracoviæ die ... januarii, anno 1583.

XXIV. Ad mareschalcum regni.

90 20

Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Magnifice, sincere Nobis dilecte. Scripsit ad Nos Illustrissimus princeps Georgius dux Lignicensis, graves subditis suis ad Byczynam cum nostris de finibus controversias intercedere. Hortamur itaque Sinceritatem Vestram, ut de certo tempore cum Illustritate ejus conveniat, aliquem ex primaria nobilitate eum in locum mittat, qui cum illo, qui ab Illustritate ejus eandem in rem missus fuerit, de commoda aliqua ratione earum controversiarum tollendarum conveniat, quæ interim dum a majoribus commissariis more majorum fines regantur, observetur, mutuisque injuriis, quæ hac ex re existere possunt, obviam eatur. Fecerit Sinceritas Vestra pro officio suo. Cracoviæ, die ... januarii, anno 1583.

XXV. Stephanus Rex.

Ad Regiam Majestatem a Domino cancellario.

90 21

Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Sacra Regia Majestas, Domine clementissime. Scripsit ad me Sanctissimi Domini nostri nuntius, Reverendissimus Dominus episcopus Massanensis, ut de restituendo tabellariorum magistro diligenter cum Sacra Regia Majestate agerem, rogaremque, ut rem ad communem utilitatem pertinentem, quamprimum perficere dignaretur. Scripsit item de novi episcopi kijoviensis nominatione. Ego quum intelligam, jam antehac ad Dominum palatinum Mscislaviensem Regiam Majestatem Vestram literas dedisse, supplicandum Majestati Vestræ duxi, ut, quid ab eo responsi accepisset, quamprimum communicare mecum dignaretur, quo ego posthac, quid mihi hac de re videatur, rectius et Majestati Vestræ ostendere possim, et Domino nuntio meam de toto negotio sententiam eo apertius ac liberius significare. Commendo etc. Leopoli 9 februarii 1583.

XXVI.

Ad eandem ab eodem.

90 22 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Post proximas literas, quas ad Sacram Regiam Majestatem de rebus Tartaricis scripseram, nihil magnopere, quod nunc de rebus iisdem ad Majestatem Vestram scribam, ad me pervenit. Miserat Strussus, quod Cracoviæ ei mandaveram, homines suos quosdam ad Borysthenem, qui de hostium copiis explorati aliquid afferrent. Hi opportunitatem nacti, et navigiis Borysthenem transgressi, duos quidem ex Tartaris interceperunt: alterum justæ ætatis hominem, alterum sedecim aut septemdecim circiter annorum adolescentem. Hunc nudius tertius ad me perduxerunt: illum elapsum dicunt per incuriam, et discordiam eorum. Juvenis etsi nihil sane certi de institutis eorum dicere posset, de exercitu tamen in adversa ripa collecto eandem, quæ jam antea allata est, relationem confirmat. Borysthenem a 25 januarii die glacie jam constitisse asserunt, eamque sibi causam, quum tuto amplius versari ibi se non posse existimarent, recipiendi se fuisse. Ad Jahorlicum tria circiter millia Tartarorum Bialogrodensium hærere. Verum plura ac certiora hisce de rebus nova habiturum me spero; etenim omnibus locis idoneis diligenter id a me curatur. Commendo me etc. Leopoli, die 9 februarii, anno 1583.

XXVII.

Dépêche de l'ambassadeur de France au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu. Mss. St Viet. 1091.

Sire. Depuis ma dernière du vingt-huitième du passé ces Seigneurs se sont assemblés plusieurs fois pour me donner réponse sur la proposition que je leur avais faite de la part de Votre Majesté touchant l'ambassadeur de Pologne. Enfin après plusieurs conseils ils me firent le sixième de ce mois lire leur réponse par écrit contenant, comme Votre Majesté verra par un extrait que j'en ai recouvert, qu'ils n'ont jamais pensé en ce faisant faire préjudice à Votre Majesté, n'ayant pas moins à coeur la conservation de ce qui vous touche que du leur propre, ne pouvant leur exemple être tiré à conséquence d'autant que les autres princes et non eux ont commencé d'y envoyer leurs ambassadeurs, tellement que Votre Majesté ne doit penser que cette élection lui puisse préjudicier, laquelle a été faite seulement pour certain respect concernant le bien de leur République, lequel ne se séparera jamais de celui de Votre Majesté. Ayant entendu cette réponse, Sire, je les priais de me les éclaircir un peu davantage et me dire s'ils avaient résolu entre eux d'envoyer cet ambassadeur ou non, pour en avertir Votre Majesté. Ils me priaient donc de me contenter de cette réponse, s'assurant que Votre Majesté après l'avoir entendue ne les voudrait presser davantage. Le même jour je parlai au Sieur Priuli, qui naguère était ambassadeur près de Votre Majesté, et qui a été présent à tout ce que dessus, lequel entre autres choses me dit que je devais être coadjuteur, qui est le mot dont il usa en cette affaire, afin que Votre Majesté s'en contentât, sur quoi lui ayant répondu que Votre Majesté espérait beaucoup plus de l'amitié de cette République que cela, et que je m'assurais que cette réponse ne vous serait aucunement agréable, puisque je les voyais résolus d'envoyer cet ambassadeur soudain, il me dit que l'on ne parlait ni de l'envoyer, ni de le révoquer et qu'ils attendaient de voir si le Batori ferait le semblable en leur endroit; aussi à la vérité, Sire, leur réponse ne parle que de l'élection, et quoique je leur aye su dire, je ne les ai pu faire passer plus avant. Sire, la principale raison qui les a menés, à ce que j'ai pu apprendre, de faire cette réponse a été qu'eux étant princes souverains ne se voulaient obliger jusque là d'envoyer ou révoquer leur ambassadeur à la volonté et requisition des autres princes, et que cela leur serait de trop grande

conséquence, ne devant rendre compte de leur action à personne; mais non qu'ils ayent encore du tout résolu de le faire partir, comme je l'ai su de quelqu'un d'entre eux; tant parce qu'il semble que l'occasion cesse pour le présent, qu'aussi que celui qui a été nommé a depuis pris l'évêché de Brescia, et on faudrait élire un autre, ne se servant ces Seigneurs en leurs affaires d'aucun homme d'Eglise, aussi qu'ils ne sont encore assurés si le Batori leur en enverra un. Quoique ce soit, ce partement ne peut être que de deux ou trois mois: cette considération, Sire, a été cause que je ne fis lors en leur collège la protestation que Votre Majesté m'a commandé faire au cas que cet ambassadeur voulût partir, connaissant que j'avais encore tout loisir d'en avertir Votre Majesté, aussi que ces Seigneurs se doutant bien que Votre Majesté en voulait venir là, m'ont fait dire sous main que cette République n'est point accoutumée de rien délivrer par écrit. Votre Majesté ne trouvera donc mauvais, s'il lui plait, si je me suis retenu jusque là attendant le commandement qu'il plaira à Votre Majesté me donner sur cette dépêche, étant toutefois bien résolu de ne faillir à l'exécuter si d'aventure cet ambassadeur voulait partir avant votre réponse et d'en avoir un acte par écrit d'eux, ou bien s'ils me le refusent, de l'aller prendre à Ferrare ou a quelque autre lieu voisin. Votre Majesté aussi me recommandera ce qu'il lui plaira que je fasse advenant que le Batori envoie un ambassadeur par deça, d'autant que je sais que l'on a fait faire pareil office près de lui, comme près de ces Seigneurs, et je crois que l'un ne se fera pas sans l'autre.

Or, Sire, afin que Votre Majesté entende mieux le contenu en cette réponse et sur quel fondement cet ambassadeur a été élu, Votre Majesté se souviendra, s'il lui plait, de ce que je lui écrivis par ma dernière par conjecture, seulement depuis ayant cherché tous les moyens d'en apprendre davantage, j'ai découvert que lorsque l'élection de cet ambassadeur fut proposée au conseil de ces Seigneurs, qui fut du temps que l'on tenait la paix conclue entre le Turc et le roi de Perse, que ce fut sur l'instance qui leur en fut faite par notre Saint Père, lequel leur fit remontrer que le vrai moyen non seulement de s'opposer aux forces du Turc, mais de le chasser de l'Europe était de l'assaillir par mer et par terre, et que malaisement les princes chrétiens pourraient-ils faire grand effort contre lui si leur armée de mer n'était en même temps secondée par une de terre, qu'il n'y avait prince chrétien qui peut plus facilement faire cela que le Batori, qui pouvait mettre grande quantité d'hommes et de chevaux ensemble, et était voisin de la frontière du Turc, et que pour ses effets Sa Sainteté avait envoyé vers lui ce Père Possevin et son nonce qui avaient si bien commencé cet oeuvre que la chrétienté en pouvait espérer un grand bien, et que partant ces Seigneurs devaient envoyer vers lui un ambassadeur ordinaire pour entretenir cette pratique, et que Sa Sainteté ferait que le Batori procurerait le semblable en leur endroit. J'ai entendu, Sire, que cette proposition fut si bien reçue de ces Seigneurs que soudainement ils prirent résolution d'élire cet ambassadeur, leur semblant cette chose tourner au grand bien de leur République et facile à exécuter, tant parce que le Batori est assez mal avec le Turc pour avoir fait mourir le Moldave, comme Votre Majesté a pu savoir par cidevant, que parce que ces Seigneurs se sentent assez forts pour pouvoir résister aux forces du Turc par mer, pourvu qu'il soit assailli par terre, et trouvent cette ligue beaucoup plus propre pour eux que celle des Espagnols, de laquelle, comme j'ai quelque fois écrit à Votre Majesté, ils se plaignent ordinairement. Je crois, Sire, que le Moscovite y est aussi mêlé, ayant ce Jésuite négocié ce fait avec l'un et l'autre, et travaillant tant qu'il peut pour réunir ces deux princes contre le Turc, et donne tant d'espérance ici de venir à bout de cette entreprise, que ces Seigneurs ne désirent rien tant, leur étant

bien avis d'avoir trouver un moyen de se défendre du Turc sans passer par les mains des Espagnols, et que ces princes lointains, avec lesquels ils n'ont rien à démêler, seront plus traitables qu'eux; ils font aussi état que l'empereur et son oncle pour leur intérêt s'y joindront facilement.

Or depuis, Sire, n'étant succédé la paix entre le Sophy et le Grand Seigneur, cet ambassadeur est demeuré aux mêmes termes qu'il était il y a deux mois, comme il fera si la guerre continue entre eux. Voilà pourquoi, Sire, s'il vous plait considerer la réponse, ils ne parlent que de l'élection et non du partement, disant néanmoins qu'elle a été faite pour le benefice de leur République, et sans doute il faut bien dire que leur intérêt y soit, car je suis asuré qu'autrement ils n'eussent voulu faire chose qu'ils prevoyaient bien apporter mécontentement à Votre Majesté, ce qui me le fait encore plus croire est, que dernièrement parlant à moi de la puissance du Turc, ils me dirent qu'il ne fallait plus que les Chrétiens entreprissent rien contre lui, s'ils n'avaient une armée de terre de cinquante mille chevaux, et l'assaillir de deux côtés, davantage que le grand maréchal du duché de Lithuanie, nommé Nicolas Christophoro Radziwill, duc d'Olica, est ici il y a quelques jours, auquel ils ont fait bonne chère et donné des présents, et il a été accompagné toujours de quelqu'un de leurs gentilshommes, non que je veuille asurer Votre Majesté qu'il y soit pour cet effet, aussi n'en ai-je rien pu savoir, mais la chère extraordinaire qu'ils lui ont fait et font à tous ceux de cette nation m'en fait croire quelque chose, encore que l'on dise qu'il soit ici pour son plaisir seulement, comme de fait il s'en acquitte assez bien. Je n'ai pu encore, Sire, pénétrer plus avant en cette affaire, d'autant que pour l'intérêt que l'on croit que Votre Majesté y peut avoir, l'on s'en cachera de moi plus qu'on pourra, aussi qu'ils craignent sur toutes choses que le Turc n'en soit averti, s'assurant bien qu'il s'essayerait de l'empêcher, et qu'il s'en attacherait à eux de telle façon qu'ils en pourraient porter la penitence. Venise, 9 février 1583.

XXVIII. Ad nuntium apostolicum, Albertum Bolognettum, episcopum Massanensem a Domino cancellario.

90 23 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Reverendissime Domine, amice observantissime. De tabellariorum, qui in Italiam irent, usu restituendo, diligenter ad Regiam Majestatem scribo, eamque in rem publice utilem suam auctoritatem atque studium libenter accomodaturam spero. Scripsi et de nominatione novi episcopi Kijoviensis et quum scirem Regiam Majestatem jam ante ad palatinum Mscislaviensem, pseudepiscopi fratrem, hac de re literas dedisse, et quid ab eo responsi acceperit, quamprimum mecum communicare dignaretur, rogavi: quod quum fecerit, ego quoque quid tota hac de re sentiam, quid mihi in hoc negotio faciendum videatur, Dominationi Vestrae Reverendissimae ostendere, ac Regiae Majestati supplicare potero. Hic, quo loco hostium res sint, et quo consilia eorum eruptura, nondum satis scimus. Illud quum fama publica, tum per dispositos a me in omnibus locis exploratores, satis compertum habeo, magnas copias Tartaros cõegisse, et praeter suam, Nahajensium quoque hordam, et Circassiorum aliquam copiam sedibus suis excivisse, cum üsque omnibus in adversa Borysthenis ripa considere, a Bialogrodensibus vero et Dobrucensibus (1), qui se cum illis itidem consulturi sint, supra Dniestrum expectari. Proximis diebus enim adolescens quidam septemdecim annorum ab ipso exercitu, a nostris Borysthenem

XXVIII.

(1) Tatarowie Nahajscy mieszkali nad morzem Azowskiem, Białogrodzcy czyli Budziaccy nad morzem Czarnem, między ujściami Dniestru i Dunaju, a naprzeciw nich Dobrucey na drugiej stronie tej rzeki.

transgressis, abreptus, et ad me adductus est, ex quo, etsi graviora intelligere non potuerim, illud, quod jam publice innotuerat, maximum hostium exercitum, in adversa ripa collectum, ipse quoque confirmat. Prohibuit eos transitu Borysthenes hactenus solutus, quum jam glacie adstrictum a 25 januarii, cognitum per meos habeo. Ego copias, quas possum, interim contraho, atque ita me paro, ut si fines ingressi fuerint, quamprimum illis occurram, fortunam etiam prima occasione tentem. Interim tamen, quum ex Moldavia et Valachia, tum aliis quoque locis ad me adferatur, magnam exercitus ejus, qui a me cogitur, et late famam excitatam. Video multa in utramque partem esse, quæ Tartarum moveant. Hinc rerum ante gestarum, exercitus jam collecti, et excitatarum a se gentium fama, illinc fratrum insidiæ, studia in eos vulgi proniora, ipse æmulationi obnoxius, et siquid offenderet, non dubium periculum. Quo evasurus sit, proximæ quatuor septimanæ ostendent, quod tempus si prætermiserit, nullam ante proximam æstatem gerendæ rei occasionem habebit. Dominationem Vestram Reverendissimam bene valere cupio. Datum Leopoli, 11 februarii, anno 1583.

Ad Stephanum Regem Poloniæ a Domino cancellario.

90 24 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Volscius, quo in excubiis obeundis ad Plescoviam usus sum, proximis hisce diebus Chocimi, juris sui petendi causa in Valachia fuit. Fuere ibidem Armenii quidam Bialogrodo nuper digressi, qui duos Tartarorum cæsaris filios ad nigram silvam contendere, ibique exercitum cogere affirmarunt: in animo eos habere, si ab hac parte copias sibi oppositas intelligent, per Lojow montem in Lithuaniam perrumpere: verumne, an falsum, affirmare non possum. Est quidem iter illud quum silvis, tum fluminibus quoque et paludibus, quæ haud scio, an congelata sint, valde impeditum; facilius tamen fortassis illic tendere possent, unde nullus illis exercitus objiceretur, quam unde milite arcerentur. Ego certe in hoc periculo, tanto terrarum intervallo disjunctus, oris illis adesse non possem: itaque monendi Domini Lithuani essent, ut ipsi in res suas omnemque eventum intenti essent. Commendo me etc. Leopoli, 12 februarii, anno 1583. XXX.

Dux in Prussia ad Dominum cancellarium.

90 15 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Illustris et Magnifice Domine, amice singulariter nobis dilecte. Pergrata nobis fuit interruntiorum ex comitiis Varsaviensibus de constanti et propensa erga nos voluntate Magnificentiæ Vestræ prædicatio, quæ in impetrando rescripto (1), quo Sacra Regia Majestas ad debita obsequia provincias Ordines hortatur, præstitit. Sacræ Regiæ Majestatis mandato si ea, quæ deberent, promptitudine provinciales parerent, facile nos eam, quam tantopere desideramus hujus ducatus pacatam possessionem impetraturos confideremus. Quæ vero ea de re nobis speranda sint, ex quorundam, et præsertim eorum, qui conventiculis contra mandatum nostrum habitis, querelas contra nos calumniis plenas ad Sacram Regiam Majestatem deferre, et sigillis confirmare ausi fuerant, temeritate atque tergiversatione non difficile est colligere: quorum alii ad audiendum Sacræ Regiæ Majestatis mandatum Regiomont~~anum~~um ex conscientiæ fortassis suæ temeritate, aut ex suo aversandi studio non comparuerunt, sed in episcopatum Varmiensem sese abdiderunt; alii audito Sacræ Regiæ Majestatis mandato, eatenus se parere velle professi sunt, quatenus privilegiis ha-

XXX.

(1) Obacz ten reskrypt z miesiąca Grudnia bez dnia, roku 1582.

rum terrarum non repugnaret, qui dum cum cæteris, non tantum hoc Sacræ Regiæ Majestatis rescriptum, verum etiam alia decreta, responsa atque declarationes omnes in dubium denuo revocare audent, et juribus suis repugnare cavillantur, et præterea non obscure præseferunt se, spreta etiam Sacræ Regiæ Majestatis auctoritate, ad Ordines regni provocare velle, et ab omni necessitate parendi se exemptos existimant. Quia vero ea de re prolixius ad Regiam Majestatem scripsimus, et homines hosce insolentes, et nomine et factis penitus designavimus, pro ea, quæ inter nos est fiducia, a Magnificentia Vestra petimus, ut iis lectis atque cognitis, quam hucusque curam nostris rebus habuerit, eam in refrenandis, et compescendis ejusmodi hominibus, si qui ex illis subsidium temeritatis suæ, quod facere se velle ostendunt, in aula Regiæ Majestatis quærant, in posterum quoque ....., quo turbatores isti suæ malitiæ, atque perversitatis justam reprehensionem potius, quam patrocinium aliquod se meruisse intelligant. Si vero Regiæ Majestati, Domino et affini nostro colendissimo, Magnificentia Vestra pro suo candore et perspecta integritate ....., nihil nobis esse accuratius, nihil optabilius, quam ut salva auctoritate, tam ipsius Regiæ Majestatis, quam nostra, salvis etiam cujusque legitimis juribus, quieta hujus ducatus possessione, semel nobis promissa atque concessa, perfrui possimus, quod nisi refrenatis quorundam hominum calumniandi, et turbandi libidinibus, assequi nos vix posse arbitramur. Sed cætera Magnificentiæ Vestræ perspecta erga nos fidei, studio et prudentiæ, cum rerum experientia conjuncta committimus. De nobis Magnificentia Vestra sibi persuadeat, nihil nos, quod ad nostrum gratificandi studium uberius declarandum pertineat, prætermissuros esse. Magnificentiam Vestram bene valere, felicemque vivere optamus. Data Regiomonti, 12 februarii anno 1583.

XXXI.

Dépêche de l'ambassadeur de France au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu. Mss. St Vict. 1091.

Sire. J'ai écrit à Votre Majesté le 9 de ce mois bien au long touchant la réponse que ces Seigneurs m'ont faite sur l'ambassade de Pologne. Il n'est survenu rien depuis sinon que la proposition que je leur en fis et leur réponse ayant été sue ici, on en a parlé assez diversement. J'ai été averti par quelqu'un d'entre eux qu'ils veulent voir quelle instance Votre Majesté en fera là dessus à leur ambassadeur, et qu'étant telle comme je crois que Votre Majesté lui aura fait dire, qu'ils ne passeront plus avant. Je crois aussi que se voyant pour cette heure hors de soupçon et de crainte du côté de Levant, qu'ils n'auront besoin d'avancer ces affaires; l'on commence cependant à discourir quel rang pourra tenir en ce lieu l'ambassadeur de Batori, et comment nous nous accorderons ensemble, à quoi Votre Majesté pensera, s'il lui plait, pour commander en ce cas sa volonté. Le duc d'Olica a pris congé de ces Seigneurs pour aller en Jérusalême et a eu tel faux conduit, qu'il a demandé pour passer jusqu'à Candie.....

Sire, ces Seigneurs ont avis que l'ambassadeur de Batori étant près l'empereur se laissa entendre de vouloir prendre récompense pour ces deux forts dont j'ai averti ci-devant Votre Majesté, et que l'empereur la lui doit donner bientôt, et que cependant le Batori se préparait pour aller au devant les Tartares, qui le menaçaient de lui faire la guerre, que les commissaires députés par eux pour vider les differends de leurs confins avaient encore peu avancé cette affaire... Venise 12 février 1583.

XXXII.

Epistola Antonii Possevini ad cardinalem Sirletum.

Teka Naruszewicza 90 56 ~~96~~. Ex cod. Vatic. inter Vatic. 6195. pa 34 orig

Illustrissimo et Reverendissimo Signor mio in Christo osservandissimo.

Dalla copia della lettera scritta dal duca di Baviera al Signor Socolovio, vedrà V. S. Illustrissima quanto è desiderata la stampa in Greco di quella censura, la quale si fece in Constantinopoli contro i Luterani, sopra la quale il Sig. Socolovio compose il suo libro (1). Sarà facile a V. S. Illustrissima di procurarne l'esecuzione, si come il Sig. duca di Baviera desidera, et il Sig. Socolovio et io humilissimamente lo supplichiamo. Et forse poco più si spenderà in farla stampar costì, con assegnare o in margine, o in piccole scholie gli errori de' Greci, di quel che si spenderebbe in farne alcune copie. V. S. Illustrissima ci ajuti, e di costà infunda in questi grandi vasi del Settentrione, quæ restant adhuc non modica, l'oglio di che costì si abunda. Io salutando humilissimamente il mio Signore e padrone Illustrissimo il Sig. cardinale di S. Severino, resto, pregandole da Dio Signor Nostro ogni vera felicità. Di Cracovia alli 15 di febraio 1583.

Aggiunta di proprio pugno. ~~Io confidato delle~~ Padrone mio Illustrissimo. Io confidato delle sante sue orazioni, et delle vergini di San Lorenzo, alle quali la supplico di raccomandarmi, me ne parto dimani verso Transilvania, et di là passerò il lungo dell' Ungheria per ritrovarmi in Posonio al tempo della dieta che l'imperadore fa. Se gli parrà farmi scriver due parole, per contento del Sig. duca di Baviera, io resterò obligatissimo.

XXII. (1) Teologowie luterscy w Tübingen, chcąc się złączyć z Kościołem Greckim, utrzymywali od roku 1576 ciągłą przez lat pięć korespondencyą z Jeremiaszem, patryarchą Konstantynopolitańskim, która się na tem skończyła, że patryarcha wytknął na piśmie błędy ich wiary. Król Stefan dostał to pismo, a kaznodzieja jego nadworny, Sokołowski, przełożył na łaciński język pod tytułem: Censura Orientalis Ecclesiæ, etc. Cracoviæ et Coloniæ, 1582, i oryginał z rozkazu króla posłał do biblioteki Watykańskiej. Takowe wystąpienie Kościoła Greckiego przeciw Kościołowi Augsburskiemu uradowało niezmiernie katolików i Stolicę Apostolską, którą wieść o gotującem się połączeniu Lutrów z Grekami niemało była zatrwożyła. Possewin pisze w tym liście do kardynała Sirleti, przełożonego nad biblioteką Watykańską, iż powszechnem jest życzeniem, żeby to pismo greckie przeciw Lutrom było w Rzymie wydrukowane, ~~zno~~ i że należałoby dodać do niego noty wytykające błędy wyznania Greckiego. Wilhelm, xiąże Bawarski, pisał także do tego kardynała z prośbą, żeby oryginał grecki dla niego przepisać kazał.

Na to i na inne z tego powodu przez Sokołowskiego wydane pisma odpowiedział Marcin Kruziusz, ogłaszając całą z patryarchą Jeremiaszem korespondencyą pod tytułem: Acta et scripta theologorum Würtembergensium et patriarchæ Constantinopolitani Hieremiæ ab anno 1576 usque ad annum 1581 de Augustana confessione, 1584.

XXXIII.

Rex Stephanus ad imperatorem Turcarum.

Ex mss. bibl. Wurmicensis.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Serenissimo atque potentissimo principi Domino Sultano Murath, etc.

Serenissime ac potentissime princeps, Domine amice et vicine charissime. Cum in Vestræ Serenitatis, quem ad Nos Vestra Serenitas misit, tres simul Serenitatis Vestræ literas Nobis reddidit. Primis quidem agit Nobiscum Serenitas Vestra de principiis Tartarorum rebus, quod nimirum ille significaverit et Serenitati Vestræ, esse a Cosacis editionibus nostris ejus legatum, dum e Moschovia una cum legato Moschoviticorum muneribus rediret, exutum illis muneribus, cumque illo mercatores quosdam depredatos. Scribitque ad Nos Serenitas Vestra de refundendis et compensandis damnis illis Tartarorum principi ac mercatoribus, et nisi id fiat, denuntiat Nobis Serenitas Vestra permisuram se esse Tartaro vindicandi ea de nostris facultatem, adjuturumque illum exercitu suo. Alteris deinde literis scribit Serenitas Vestra de irruptione per Cosacos in Moldaviam facta, tertiis vero de damnis a Cosacis similiter subditis Serenitatis Vestræ in ditionibus Ciarcharmam et Ory illatis abactisque eorum pecoribus.

Quod ad priores illas attinet, in quibus de rebus Tartarorum principis Serenitas Vestra Nobiscum agit, mirum videtur Nobis esse, quod se tam facilem ejus delationi Serenitas Vestra præbuerit, ut etiam non pro more veteri, neque uti antiquissima majorum nostrorum, Poloniæ regum, nostraque mutua cum Serenitate Vestra amicitia postulat, literas ejus causa ad Nos daret. Sciat vero Serenitas Vestra, quicquid ea in re accidisset, non voluntate nostra, ac nescientibus quidem vel [nec] cogitantibus Nobis accidisse. Versabamur tum Nos in bello gerendo contra Moschum, omnisque illa tractus, qui fines Moschoviticos attingit, ferveb at tumultis belli cis ac latrociniis. Interea Tartarorum princeps, qui pro jure fœderis antiquissimi, adesse Nobis contra Moschum debebat, legationes ad illum mittere, cumque illo amicitiam jungere cœpit, Nobis rerum omnium ignaris et bello occupatis. Accidit igitur, dum inter se amicitiam contrahunt, munera que illi a Mosco mittuntur, ut illa latronum in campis vagantium turba, id subolfaciens, ad Moschi et ipsius quoque principis Tartarorum fines, procul a nostris finibus, legatos utriusque (quod sero tandem perlatum quidem [ad] Nos est), invaderet et exueret. Quod illorum factum quam recte et quam juste Tartarorum princeps in Nos detorqueat, a Nobisque refusionem et restitutionem expectat, facile Serenitas Vestra, re diligentius considerata, animadvertere ac cognoscere poterit. Quum etenim accidisset illud extra fines nostros, imo vero octo dierum itinere a nostris finibus, quanam ratione Nos in alienis ditionibus securitatem legatis et rebus illis præstare poteramus aut debeamus? maxime vero quod bello occupati, quæ isthic agerentur, scire non potuimus. Sed etiam si in finibus nostris, ac in ipso regni meditullio id accidisset, tamen illis, qui Nobis insciis ac inrequisitis, sine literis, quibus liber transitus permitti et concedi solet, et quel [literæ] passu

vocantur, iter facerent, non teneremur omnino securitatem præstare, et quicquid illis evenisset, sibi imputare deberent. Denique vero cujus æquitatis est, quum ille foedere Nobis devinctus esset, et ejusmodi quidem foedere, quod hostem nostrum pro suo hoste habere deberet, et hoc nomine munera illi a Nobis darentur (1), interea tum cum hoste nostro amicitiam contraheret, et ab eo munera acciperet, postulare a Nobis, ut munera illa, ab hoste illi in nostrum damnum missa, tuta et secura præstaremus? et si quid amissum esset, refunderemus et sarciremus? Si Nobis volentibus et jubentibus id esset factum, vitio tamen Nobis certe [esse] non posset, quod hostis nostri amicitiam cum illo coire et muneribus coalescere non permitteremus, multo vero minus quum Nobis ignaris et insciis id accidisset. Jam igitur Serenitas Vestra facile inde animadvertere poterit, quam juste factum hoc Tartarus in Nos derivet, quodque non in nostris finibus, sed inter Moschoviticos ac ipsius limites ereptum illi est, et quidem missum ab hoste nostro contra pacta et foedera nostra mutua, hoc ut illi Nos reponamus et compensemus, extorquet, nihil certe aliud facit, quam occasiones inimicitiarum contra Nos quærit. Satis fit a Nobis foederi antiquo, munera illi mittuntur suo tempore, neque tamen his acquiescere vult. Quod quum ita sit, postulamus a Serenitate Vestra, ne de Nobis secus quam par est, existimet, et ut pro jure amicitiæ ac foederis, quod Nobis et ditionibus nostris cum Serenitate Vestra intercedit, eum ab ejusmodi rebus, uti foedere ipso cautum est, cohibeat, interdicatque illi, ne provincias nostras temere invadat et divexet.

Porro quod alteris literis Serenitas Vestra de irruptione a Cosacis in Moldaviam facta, ad Nos scribit, quum ea de re diligens a Nobis inquisitio esset instituta, ita comperimus, nonnullis illorum a Jankula, qui ante Petrum palatinatu Moldaviæ potitus est, fuisse illatas quasdam injurias, quarum vindicandarum causa contra illum processerant; postquam vero cognovissent illum a principatu esse amotum, successisse vero illi Petrum, destitisse illos coepto, imo nonnullos illorum Petri servitiis se adjunxisse. Quod si temere quippiam fecisse videntur, esse illos in Petri potestate, animadverteretur in eos, si videretur.

Tertiis literis scribit ad Nos Serenitas Vestra de injuriis subditis Serenitatis Vestræ in ditionibus Ciarcharmam et Ozy illatis et pecoribus abactis. Missuri sumus qui ea de re cognoscant, et quos fecisse id cognoverint, severe puniant, et quæ ex abactis pecoribus reperiri alicubi poterint, restitui curent, quamvis fieri vix potest, ut vastitas illa camporum amplissima, quæ aliquot regnorum et provinciarum fines attingit, a latrociniis ac perditorum et nequam

XXIII. (1) Mówi tu król o przymierzu z hanem Krymskim, Machmet Gerejem, przez Broniewskiego pod koniec roku 1578 zawartem. Ale han od obu stron wziąwszy upominki i pieniądze, nie tylko, jak był obiecał, do Moskwy nie wkroczył, ale za wydarte mu przez Kozaków upominki i pieniądze z Moskwy wiezione do Polski chciał wkroczyć.

hominum colluvie sit prorsus libera et immunis, quum præsertim maxima sit illi in locis ac inter flumina latitandi facultas, conveniantque illo tam ex Moschovia, Valachia, quam alias undiquaque, ac ~~et~~ ex ipsa etiam Tartaria pessimi quique, damnati capitis, obærati, et quos sua egestas ac suppliciorum metus premit, illique nullius cujusquam imperium agnoscunt, ac neque iidem semper perseverant, sed nunc hi, nunc ~~alii~~ illi, uti quemque vel spes, vel metus eo detulerit, illic vagantur. Ad quos pellendos etiam si exercitus admoveatur, tam dispersi per provincias evadunt et elabuntur, neque, quum sint obscuri et ignorentur de nomine, possunt dignosci et capi, amoto vero exercitu, facile deinde coeunt et congregantur. Ac si qui etiam deprehenduntur et puniuntur, non desunt tamen alii, qui illis succedant, quum nullum regnum, nullaque provincia, ac ne urbs quidem aut civitas malis careat, illic vero regna multa concurrant. Datur tamen a Nobis opera, quoad ejus rei fieri potest, ut cohibeantur, et qui in ditionibus nostris agniti et deprehensi fuerint, non impune ferant. Cæterum Nobis etiam et nostris ditionibus multo plura a Cosacis ex ditionibus Serenitatis Vestræ, et præsertim a Bialogrodensibus inferuntur [damna], qui non pecora modo abigunt, sed irrepentes in nostras ditiones, homines in servitutem abducunt, et villas exurunt, de quibus etsi conquerimur sæpius, non cessant tamen ab injuriis. Nos equidem non ommittimus quicquam, quod ad coercendos nostros pertinet, neque deinceps etiam ommissuri sumus, nostramque in tuenda cum Serenitate Vestra amicitia ac foedera sanctissima constantiam Serenitati Vestræ declarabimus, quod ipsam quoque Serenitatem Vestram facturam semper esse confidimus, eamque diu et feliciter valere optamus. Datum in civitate nostra Cracovia die 17 mensis februarii, anno Domini 1583, regni vero nostri anno septimo.

XXXIV.

Rex Stephanus ad Siaus Bassam.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Illustris princeps, Domine amice sincere Nobis dilecte. Qui visiratus munere apud Serenissimum ac potentissimum imperatorem ante Illustritatem Vestram functus est, Sinan Bassa, dederat ad Nos literas suas (1) de Tartarorum principis contra Nos apud Serenissimum et potentissimum imperatorem querel idque ob erepta a Cosacis nostræ ditionis ejus legato, dum ex Moschovia cum legato Moschovitico rediret, munera a principe Moschorum illi missa, quæ ut illi a Nobis restituerentur et compensarentur, tum mercatoribus etiam, qui una cum legatis iter faciebant, pro rebus et facultatibus tunc ablatis satisfieret a Nobis contendebat, ac nisi id faceremus, denuntiabat Serenissimum ac potentissimum imperatorem permissurum Tartarorum principi vindicandi ea de nostris facultatem

XXXIV. (1) Obacz ten list od Sinan Baszy na początku tego roku umieszczony, choć był przed 5 grudnia roku przeszłego pisany.

adjuturumque illum exercitu suo. Miramur equidem Dominum Sinan Bassam, qui principem tunc locum apud Serenissimum ac potentissimum imperatorem obtinuit, tam propensum fuisse ad credendum delationibus illis, tamque præcipitem ad denuntianda ea, quæ a vera et solida amicitia, quam Nos cum Serenissimo ac potentissimo imperatore constanter colimus, longe aliena esse debent. Nobis sane nihil unquam fuit antiquius, quam foedus illud sanctissimum, quod Nobis nostrisque majoribus cum Serenissimo ac potentissimo imperatore intercessit, tueri et conservare, quod quidem de Serenissimo quoque imperatore Nobis pollicemur, quum præsertim Nos illius amicitiam cæteris omnibus anteposuerimus. Quare non æquum videtur esse, quod ejusmodi literas Dominus Sinan Bassa ad Nos dedisset. Cæterum, quod ad querelam illam Tartarorum principis attinet, ita Serenissimo ac potentissimo imperatori respondimus, non ulla voluntate nostra, ac nescientibus quidem, nec opinantibus, etc. [Reliqua ut supra in literis ad imperatorem Turcarum].

Quod quidem nostrum responsum Serenissimo ac potentissimo imperatori a Nobis datum, Illustritati quoque Vestræ perscribendum esse putavimus, amice ab ea requirentes, ut et ipsa Serenissimo ac potentissimo imperatori illud referat, deque nostra erga Serenitatem suam voluntate, ac [in] tuenda et conservanda amicitia et foedere constantia, quodque eadem a Serenitate illius expectamus, et de illa Nobis pollicemur, ejus Serenitatem edoceat, præ omnibus enim aliorum amicitiis ejus Serenitatis amicitiam, majorum nostrorum secuti vestigia, amplectandam et tuendam Nobis proposuimus, neque dubitamus ejus quoque Serenitatem sinceram et promptam suam voluntatem et studium conservaturam semper erga Nos esse. Quæ quum Illustritas Vestra Serenissimo ac potentissimo imperatori retulerit, rem Nobis gratissimam est factura, et quam Nos benevolentia nostra et amicis officiis Illustritati Vestræ referendam et compensandam curabimus. Quam bene valere cupimus.

XXXV.

Od wielkiego hospodara Stefana z łaski Bożey, etc. do cara Przekopskiego, Machmet Gereya.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Wielkiey hordy wolnemu caru, Machmet Gereyu, bratu naszemu, pokłon y bracka przyiaźń. Przysłałeś do Nas posła wielkiego swego, Bulhakowicza Kułozdem Murzę, daiąc Nam przez niego także y przez pisanie swe wiedzieć, że chocia pierwey szkody się tobie z strony naszey w zabieraniu dziewały, ty na stronę to odłożywszy, bracką przyiaźń z Namiś przyiął, aby tylko upominki roczne ~~to~~ ciebie od Nas dochodziły, y Kozaki Dnieprowe y które suchem przychodzą, zahamowani y zniesieni byli. Piszesz też do Nas, iakoby gońca twego Isak Murzę, któregoś był posłał do kniazia wielkiego Moskiewskiego, Kozaki nasze niedopuściwszy do Moskwy

z towarzyszami pobić mieli, y potem iakoby posła twego wielkiego, gdy przed tym posłem wielkim Moskiewskim do ciebie z upominki, pogromili y skarb im odięli, takież owie[ce] w ziemi twey pewną liczbę mieli pobrać, y dałeś Nam znać, że ty nie chcąc tego opu[ścić], sowito tę szkodę iesteś dwiema y mocnym odebrać, y żeś chciał o zabranie tego Moskiewskiego skarbu posła naszego radzić, iedno za namową Rad swy[ch] onegoś odpuścił. A do Nas posła swego wielkiego, Buthakowicza Mutorda[nia] M[i]ę posłałeś, naznaczywszy mu czas, aby zadwie miesiące do ciebie się wrócił, y przez niego rozkazałeś do Nas, iż posłałeś Nam dokończenie według woli naszey pod pieczęcią swą, ale z tym dostawiem y tym sposobem, żeby skarb ten, który posło[wi] twemu, gdy z Moskwy z posłem Moskiewskim szedł, iest odięty, był tobie przy[wrócon], y Kozaki na gardło pokarani, takież y ci, którzy Isak Murza pogromi[li]. Czego ieślibyśmy nie uczynili, że Kozaków y woyska swego powściągać nie będziesz, aby nie mieli iść do ziemi naszey, y tey zimy pożarzenie cza[ku] żeś sobie obiecując, oczekiwać będziesz na uroczysku Namamain odkaz[u] naszego.

W drugim zaś liście piszesz do Nas o pięć tysięcy czerwonych złotych, które[go] gońcowi twemu Driuriami nieiaki Bohowiczny Szumborski odiąć y syna twego, Sadet Geraya Gałgi, sługę na śmierć zabić miał, żądając od Nas, abyśmy tę pię[ć] tysięcy czerwonych złotych tobie, bratu naszemu, odesłali, kiedyż to wszystko tak z posła, iako y z pisania twego dobrze rozumiemy.

Wydziwić się temu nie możemy, że ty, brat nasz, obiecawszy Nam przyiaźń dobrą, iednak nie tym sposobem, iako zwykł przyiaciel z przyiacielem, z Nami postępu[ie]sz y obchodzisz się. Wsiadłszy na koń y nagotowawszy się przeciw Nam, posyłasz do Nas z takiem rozkazaniem, y ieślibyśmy skarbów od Potrowstwa y Kozaków po[bra]nych nie wrócili, że ie sowito odebrać chcesz. A takowego poselstwa y postępu[ku] nie znaczysz przyiaźń dobrą, ale owszem niechęć, że wyciskać to na Nas chcesz, co Nas bynajmniey nie dotyka, y o czem My nic nie wiemy, ani się to za zwyczay y za dowcipną naszą działo; bo to pogromienie y upominków pobranie stało się daleko od granic naszych, iako sprawy mamy, około ośmiu dni chodu, między granicami ziemi twey a Moskiewskiey, y pod naszą niebytność, gdyż my się woyną z Kabardami prze[ciw]ko kniaziowi Moskiewskiemu, któremu od Potrowstwa, które nie są w mocy naszey, ale się z różnych państw zbierają y w polach tamtych pustych y dzikich, albo między rzekami przebywać zwykli.

Jakoż iesmy tedy tych skarbów tobie posłanych, w ziemi cudzey, a nie w swoiey, woyną będąc zabranieni, od rozbóystwa mieli stracić? y iako to słuszna, abyśmy to nagradzać y wracać mieli? a co większa, nagradzać to, coć od nieprzyiaciela naszego, przeciw któremuś ty był powinien według dawney przyiaźni z Nami przestawać, postano było. My się woyną z Kabardami przeciw temu kniaziowi Moskiewskiemu, a ty pod ten czas z nim się tłumacząc, upominki brałeś od niego

Żeć te upominki między twemi a iego granicami, bez żadney naszey wiadomości, od Kozactwa, ludzi po polach y między rzekami tułaiących się, są odięte, y chcesz abyśmy ie tobie nagradzali, ieśli to słuszna, y ieśliśmy to powinni, obacz a przypatrz się temu. By się to było y w ziemi naszey stało, by w pośrodku państw naszych, kiedy bez woli, bez wiadomości, bez dozwolenia y ubezpieczenia naszego stało się, nie mogłoby to nic Nas dotykać, a tym więcey że w ziemi nie naszey, tym więcey że od Moskiewskiego, nieprzyiaciela naszego, to prowadzono. A tak nie możesz ty, brat nasz, słuszney drogi mieć tego się u Nas upominać, y chcieć abyśmy to tobie nagradzali. Zachowuiemy My we wszem przyiaźń przeciwko bratu naszemu, posyłamyć według czasu upominki y posyłać będziem, gdzie też ty stateczność w przyiaźni przeciw Nam zachowywać będziesz. Co się dotyczy szkód inszych, to iest pobrania owiec przez Kozaki y pokarania Kozaków, o czem ty, brat nasz, w liście swym do Nas piszesz, y przez posła swego do Naseś rozkazał, y sam wiesz iakowi to są ludzie, którzy po tych tam polach y mieyscach między rzekami się tułaią, że z rozmaitych kraiów zebrane totrostwo tak z Moskwy, z Wołoch, y ziem inszych przyległych, y z własney twey ziemi, którzy zbroiwszy co doma, y boiąc się karania, albo przed długi y nędzą y z inszych przyczyn tam uciekaią y zbiegaią, których trudno dostawać; bo by chciał y z woyskiem iśdź do nich, oni o woysku się osłyszawszy, łacno po przyległych państwach się rozbieżą, a kiedy woysko uydzie, znowu się zaś zbiorą. Jednak w tey mierze to podaiemyć, że chcemy zesłać tam ludzie pewne y zlecić im, aby wywiedziawszy się od kogo, by się to działo, takowe wszystkie, gdzieby ich możono dostać, karano, y coby się tych pobranych owiec gdzie pokazało, powracano.

Także y z strony Bohowityna, o którym do Nas piszesz, że gońca twego rozbił, uczynić każemy sprawiedliwość. On sam schrania się y kryie, że nie może bydź dostan, ale iednak ma swoię maiętność, z którey, ile ieykolwiek będzie, nagrodę tobie uczynim, y ieżeli sam przyidzie do ręku, albo się go dostać będzie mogło, odniesie słuszne karanie, y nie zeydzie tobie, bratu naszemu, nic na Nas, ani na przyiaźni naszey, abyśty, brat nasz, ieżeli z Nami w brackiey przyiaźni żyć chcesz, y z niey korzystać, to dokończenie, któreśmy do ciebie posłali, y według którego listeś swoy, iako Nam daiesz znać, napisać kazał, przysięgą potwierdził, y przyiaźń pewną z Nami y z państwy naszemi dzierżał, którą My także z tobą według dokończenia tego trzymać y dzierżeć gotowi będziem. O tem żebyś Nas wiadome uczynił.

XXXVI.

Xiądz Podkanclerzy Baranowski do Pana Marszałka Koronnego.

Ex mss bibl. Kurnicensis.

Miłościwy Panie marszałku. My sam teraz odprawiwszy czausa y Tatarskie posły z tem, że się im wymierzamy, żeśmy tego nie winni Tatarzynowi nagradzać,

co nie w ziemi naszey, ale na granicy iego z Moskiewskim, kilka dni chodu, onemu pobrno, gdy on nie tylko żeby miał podług powinności swey z nami na Kiiow wsieść, gdyśmy Moskiewskiego wriowali, ale pod ten czas z nim się kumał.

Niewiele do czynienia mamy. Odbieżał nas tu król JMość do Niepotomic. Upodobało mu się tam mieszkanie, tarcie tam jedwo nie cały post [przemieszka]. Pana Andrea szra, iż pewnym probostrzem Miechowskim, za kilka dni mieć będziemy.

O Pana Kanclerza inszey wiadomości niemasz, jedno iż Dniepr umarł 18 februarii, za tem wojsko Tatarskie ruszyło się było od Dniepru narad na trzy mile, a nie czując o naszych, których tam nad liczbę fama longe major est, kazie im aby się na Iwiowa gore do Litwy udali, czegobyśmy trudno to nasze wojsko bronić miało; gdyż ten orłak od tego mieysca, gdzie nasi są, iest daleczniż na dwadzieścia mil, za czem kazał król JMość Panu Trockiemu, któryś sam iest z xiężną Panią Trocką, przestrzedz pany litewskie, aby inspiratus non opprimerent.

Już sam wtoczyli nogę Jezuita. Postąpiono im kościół ś. Barbary na cmentarzu Panny Maryi w rynku. Tak im sam radzi heretyckiemu kości w gardle; ale y naszey xięży a zwłaszcza Kollegiatom nie bardzo wcześ. Bardzoby się byli radzi bronić obesrli, było było iako bydź mogło. Datum z Krakowa, 21 februarii, anno 1583.

XXXVII.

Paweł Sapieha, kasztelan Kijowski, do wielkiego hetmana Koronnego

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Pan Józef Siemieński, wydawca „Acta Zamoscriana" kwerdyzuje (w Kartce Korekt.), że list ten pisał Michał Wiśniowiecki. Cz. dowodzi z druku, jakiem ją [illegible]

Donoszę do wiadomości WMci, mego miłościwego Pana, iż dnia wczorayszego w piątek, mensis februarii 4 dnia, carewicz Krymski Selamet Girey, który z bratem swoim starszym Alp Gireyem przez ręce moie JKMci byli oddani (1), y przez posła JKMci, Pana Filipowskiego, do Turek byli odesłani, za wiadomością braci swey starszey, maiąc z nimi porozumienie, zostawiwszy ich w Turcech, bez wiadomości cesarza Tureckiego, a wziąwszy z sobą brata swego mnieyszego, Fieg Gireya, wyiechał na pole, y przyiechawszy na Żółtą Wodę, położył się na polu, maiąc przy sobie nieco ludzi. Posłali do mnie postańców swych, daiąc tę sprawę, iż ziemia Krymska przysłała do nich do Turek, chcąc ich mieć za pana w ziemi Krymskiey, y prosząc ich, aby z nich który szedł do hordy na państwo Krymskie, prosząc też y mnie, abym im dał ludzi na pomoc. Ktemu y do hordy znowu posłali, aby iuż pewni byli tego państwa Krymskiego. Przeto, miłościwy Panie, ia iako będąc tu na tey Ukrainie od JKMci, Pana swego miłościwego, maiąc tę wiadomość od tych carewiczów, o tem WMci wiedzieć daię, y do króla JMci z temem posłał, daiąc znać o tem JKMci.

Racz też WMość, mój miłościwy Pan, o tem wiedzieć, iż ci postańcy tych carewiczów takową mi sprawę dali, że Bakay zebrawszy się z inszymi Tatarami Białogrodzkimi

XXXVII. (1) Obacz tyczące się ich ucieczki z Krymu do Polski pisma z roku 1581.

siedemset człowieka, na tych czasiech niedawno, z Białogrodu wyciągnęli z tym umysłem, aby w ziemi Króla JMci iaką szkodę uczynić mogli, czego im Boże nie pomóż. Ale Zdaie mi się, ~~tedy~~, miłościwy Panie, iż pod tym czasem, iako te trwogi w hordzie są od tych carewiczów, że się Tatar nie bardzo trzeba bać, a zwłaszcza samego cara. Mam także z Zaporoża tę wiadomość, że car Krymski iest bardzo chory, y wielkiey niebezpieczności od tych carewiczów braci swey. Ja mego miłościwego Pana do końca nie ubezpieczam, y pilnie proszę, racz mi WMość o tych carewiczach naukę iaką dać wedle woli y zdania WMci, iakobym się miał przeciwko tym carewiczom zachować.

XXXVIII.

List od iednego przyiaciela do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

My (z hetmanem) tu we Lwowie rezyduiem. Tatarowie iuż tu teraz nie będą. Zadzierżeli się ze dwu przyczyn, dla krótkiey zimy, y iż się osłyszeli o woysku, którego chocia iest garstka, ale wielka wszędzie o niem fama. Poszli byli na Łoiową Górę ku Litwie, ale nie mogli się przebić; bo tam pierwey śniegi spadły, niż rzeki zamarzły. Ktemu też tam carykowie młodzi powadzili się między sobą, y chcą starego cara zrzucić z carstwa. Wieszał się też Bakay z Białogrodzkiemi Tatary nad włością Winnicką temi czasy, chcąc szkodę uczynić, ale odstąpił zasię, a JMość ktey tam stronie wyprawił też kilkanaście set żołnierzów, a będzie wszystkich z tymi, co się zbieżą, około 3,000. Iuż tedy tey zimy (JMość tak pisać do WMci kazał) wolniście WMość od Tatarów, daley o sobie radźcie.

Cesarz Turecki snadź osobą swą tego lata do Persyi (1) idzie, a dla lepszey drogi snadź tędy na Tatarskie pola y ziemię Wołoską, co prawdali, to pośledniejsze nie bardzoby nam na rękę było.

Co ci carykowie Tatarscy czynić chcą, kopią listu Pana Kiiowskiego posyłam WMci, swemu miłościwemu Panu, który do JMci pisał. Pocichu posłał do nich JMość, wywabiaiąc ich do siebie, żeby zasię byli w ręku, a prosto z nimi do Prus kazał, więc nie wiem iako succedet.

W tych dwu niedzielach ruszymy się ztąd ku Krakowu, bo przed Wielkanocą przypada tam juridica, którą ma JMość sądzić. Nie wiem iednak, nie zerwieli się pierwey ztąd do Złoczowa dla sądów żołnierskich, iakośmy się tam obiecali. Odradzaią niektórzy JMci, aby tam nie ieździł, wszak tu we Lwowie odprawić te sądy może, on zasię wystrzega się tego, żeby nie rozumieli ludzie, aby się Samuela Zborowskiego bać miał, gdyby w Złoczowie nie był, iako się obiecał.

Kilka dni temu, pisał Samuel Zborowski do JMci ze Złoczowa, daiąc znać, że mu się wrócili słudzy iego z Ukrainy, których tam posłał dla iakiey wieści o Tatarach.

XXXVIII. (1) Gdzie Turcy w okolicach Tiflis, na równinach Gori, ponieśli pod koniec roku przeszłego znaczną klęskę, za którą wielki wezyr, Sinan Basza, z urzędu złożony został, na prośbę tylko matki sułtańskiej od śmierci uwolniony.

Tę pewną przynieśli mu nowinę, że iuż odstąpili.

Do Złoczowa przyiechał Samuel z Krakowa, dwie niedziele temu. Nocował we Lwowie na przedmieściu przez iedną noc, miał kilkanaście kotczych z sobą y siedm koni Tureckich na powodzie. Quo animo przybył, nie wiem, ieśli aby nas do Złoczowa nie puścić, czyli żeby nam rad był. Posłał do niego zaraz JMość sługę swego Kazimirskiego, przypominaiąc mu rozmowę, którą miał o nim z Panem marszałkiem bratem w drodze do Lwowa iadąc, toż y teraz powtarza y napomina go, aby się ón nie ocierał, bo idzie mu o ludzie, aby czego inszego nie rozumieli.

Powiadał Kazimirski, że mu miał odpowiadać z płaczem na to wskazanie, dziękuiąc za tę chęć JMci. „Odnoszą mnie, prawi do JMci inakszym, niżelim iest. Byłem sługą zawsze y przyiacielem. Król sam niech powie, com ieszcze w Węgrzech o JMci osobie mówił przed nim y o sprawach JMci, ale podobno mi tego nie przyzna bo y sam iuż zapomniał, co mi obiecował.„ Mówił potem: „Do wszystkich nie fortun moich accedit ta calamitas, że się o nieprzyiacioły swe ocieram samotrzeć czasem, żeby mnie zdięli z tego świata, ażeby był koniec albo sam, albo tam ze mną, a przecie mi nie chcą nic uczynić.„ Po takiey rozmowie, noc tylko przespawszy na przedmieściu, rano nazaiutrz poiachał do Złoczowa, y tam teraz iest.

Nie iedno gdzie indziey, ale y tu między swymi Russaki ma JMość dosyć obtrectatores. Niedawno były roki w Przemyślu, gdzie dziwnie wykładali drudzy to przyiechanie tu iego. Powiadali, że tu nie przyiachał dla Tatarów, bo ich niemasz, ale żeby straszył dla podatków na przyszłym seymie. Drudzy zasię, dla tego, prawi, przyiachał, aby przeciwko żonie, którą mu przyprowadzą z Węgier, z żołnierzami wyiachał, y tak pompę swą pokazał. Naleziono też tam w Przemyślu paszkwilusz nań uczyniony in eumdem sensum. Dołożono: „strzeżcie się go, bo chytry.„ Wszędy się za nami invidia wlecze.

XXXIX.

Ad Stephanum regem Poloniæ a Domino cancellario.

90 27 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Accepi hoc tempore literas a castellano Kijoviensi. (Pawła Sapiehy). Earum exemplum Sacræ Regiæ Majestati Vestræ mitto. Dedi jam ante negotium quum Volscio, tum etiam Strusso, ut Bialogrodenses, quam possent diligentissime observarent: in tanta tamen latitudine, et quasi vastitate finium, ut in omnes partes ita intenti sint, quominus in uno atque altero pago detrimenti aliquid accipiatur, fieri non posse, facile Sacra Regia Majestas Vestra intelligit. Sed tamen quam maxima diligentia adhibetur. Incicia enim Tartarorum haud scio, an magis a fidei suæ, atque studii erga Regiam Majestatem Vestram ostentatione, quam re ipsa proficiscantur. Meum de hoc toto rerum Tartaricarum statu, hoc judicium est, ut quum propter auctoritatem imperatoris Turcarum Constantinopolim eos profugisse intelligam, paucos etiam adhuc ex popularibus ad illos confluere, imbellicas eorum res existimem. Utcunque sit, opportunissimum tamen tempus mihi hoc videtur, quo, si quæ cum Tartaro Majestas Vestra instituit, cum nemoum ab omni metu animus vacuus est, perficiat. Itaque putarem, nulla mora interposita, sine ullis blandimentis, postulata ejus refutanda, et agendum, ut responderet diserte, velitne amicus esse, an non? si qua velit, fœdus juramento confirmet. Commendo me etc. Leopoli 17 februarii anno 1583.

XL.

Elector Brandeburgicus ad Stephanum regem Poloniæ.

90 28 Ex mss. bibl. ~~Thorn~~ Kurnicensis, et ex mss. bibl. Zaluski 255.

Serenissime Rex, Domine et affinis noster observandissime. Regiæ Vestræ Serenitati prospera quæque precamur, studiaque et operam nostram in omni officiorum genere promptissimam pollicemur.

Serenissime Rex. Quum arcta semper inter regnum Poloniæ et ditiones nostras fuerit conjunctio, meminimus id a Dominis (Regiæ Vestræ Serenitatis, et a majoribus nostris) antecessoribus felicis recordationis, ~~Vestræ Majestatis~~ fuisse observatum, si quæ injuria temporum inciderent, quæ ad commune christianæ Reipublicæ commodum incommodumve pertinere viderentur, de iis inter se ut communicarent. Visum ergo fuit, pro perpetuo erga Majestatem Vestram Regiam studio et tuendis benevolentiæ mutuæ et amicitiæ officiis, ad Regiam Vestram Serenitatem id referre, quod et alias Regiæ Vestræ Serenitati non potest esse ignotum, post tot annorum continuum bellum in eum devenisse statum res Belgicas, ut Galliæ Regis frater, dux Mensonius, pro hisce subjugandis, Hispaniæ res pro retinendis, firmissimos exercitus in iis locis habeant, ipsos Belgas, quum neutri satis adhæreant, nec propriis se tueri viribus possunt, sibi esse exitio, ut nihil aliud, quam multa effusio sanguinis christiani, et felicissimæ quondam provinciæ interitus metuendus sit. Quod autem fieri solet, ut unius provinciæ malum et incendium ad vicinas terras serpat, easque corripiat, ab utroque exercitu in limitibus Sacri Imperii ferocia militari variis injuriis inferuntur, et subditi locorum illorum vexantur: quin constanti rumore non ultimi loci unius exercitus illorum præfectorum sermones perferuntur, habere se a rege suo in mandatis, ut hostem ejus in ipsis Imperii visceribus inquirant. Nos, quibus et pro electorali nostro officio hoc incumbit, omni opera cavere, ne quid Sacrum Imperium damni detrimentive capiat, cum collegis nostris septemviris consilia contulimus, et quod talia non negligenda essent, ~~opus~~

nostros etiam subditos expeditos esse, ~~omnia~~, et delectus haberi jussimus, ne qui singulari Dei beneficio, et amicitia vicinorum multis jam annis quiete et tranquillitate fruuntur; re exigente, minus parati sint, externum quoque militem, si retinenda Imperii tranquillitas exigat, conscripturi. Id ad Regiam Vestram Serenitatem perscribere voluimus, quod certe nobis constat Regiam Vestram Serenitatem non minus omnes actiones suas ad tranquillitatem communem, et salutem et incolumitatem orbis christiani, quemadmodum cum aterna nominis sui gloria hactenus felicissime ostendit, referre, et quod evenire scimus, ut in levibus saltim mutationibus, ac presertim ab hominibus rerum ignaris, alii atque alii rumores et falsi et sinistri plerique spargantur. Oramus autem Deum, ut is clementia sua impendentia mala a populis christianis undique repellat, ac operam damus, ut initiis malorum maturo consilio occurratur, et gliscentes tumultus sopiantur. Persuasissimum enim habemus, si in nostris terris, et ditionibus res difficiles inciderent, quas Deus Opt. Max. clementer avertat, Regiam Majestatem Vestram, a cujus amicitia et favore multa experti sumus, et praclara omnia nobis pollicemur, amica benevolentia nobis non defuturam. Regiam Vestram Serenitatem quam felicissime vivere et valere ex animo precamur. Data Colonia ad Sprœam, 24 februarii, anno 1583.

Georgius Fridericus dux in Prussia ad Dominum cancellarium.

XLI.

90 29

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris Domine, amice singulariter nobis dilecte. Magnificentia Vestra juxta officiorum nostrorum commendationem, felicia quoque ex animo precamur. Postquam nobis litera Magnificentia Vestra redderentur, quibus ea non tantum Fridericum Aulach, tam nomine suo, quam aliorum, libellum supplicem et querelas Sacra Regia Majestati obtulisse significat, verum etiam sui erga nos studii testificandi causa consilium suum, et quid facto opus sit, nobis sincere communicat: e re nostra fore arbitrati sumus, uti pari opera et Magnificentia Vestra in nos studium, quo in communicandis his rebus usa est, prædicaremus, et brevibus tantum, qua de causa querulantes illi nostri subditi in voluntarium illud exilium se conjecerint, significaremus, quidque hac in re tam a Sacra Regia Majestate, quam a Magnificentia Vestra expectemus, ostenderemus. Agimus itaque Magnificentia Vestra pro sua inprimis in nos benevolentia et studio, proque candida hac communicatione et consilio, gratias maximas, dabimusque operam, ut huic prompta in nos voluntati benevolentia et gratia nostra correspondeat. Quod autem voluntarium illud querulantium exilium attinet, Magnificentiam Vestram celare non possumus, quod postquam in eo toti essemus, quo mediante rescripto illo, a Sacra Regia Majestate Varsavia ad Ordines ducatus nostri dato, quosdam ex subditis nostris ad debitum officium, diuque desideratum parendi studium reducere, multorumque contradicendi frivole susceptum conatum reprimere possemus; ea nobis potior ratio prumdgandi rescriptum visa est, ut inprimis cum iis ageremus, qui nos, nescimus quo perverso sensu coecoque impetu in actionibus gubernationem nostram concernentibus, honestis, utilibus, non tantum impedirent, iisque contradicerent, sed etiam alios ad contradicendum sub pretextu, acsi libertati, ac privilegiis ipsorum ea, quam restituimus forma præjudicetur, invitarent. Quod nostrum institutum, et cum ipsis tractandi propositum, eo magis contendebat, ut non tantum cum ipsis de pretermisso fidorum subditorum officio et temere usurpata resistentia expostularemus, sed etiam eosdem benevolentia, et justa ratione magis, quam terriculamentis, et quas dudum meruere poenis

nobis devinceremus, quo deinceps tutius in publico conventu et rescriptum publicare, et cum reliquis subditis convenire, eosque in officio retinere possimus. Citavimus itaque tres illos supplicantes, et praterea duos ex nobilitate, Wilhelmum Euflium et Sigismundum Valterclerum, tanquam precipuos turbarum illarum auctores, ad eum, quem attigimus finem, quorum alii comparuerunt, alii autem malè ex anteactis sibi conscii, nescimus quid periculi veriti, non tantum contumaciter emanserunt, sed etiam ad secundam, eamque poenalem citationem, se potius in voluntarium hoc, quod quidem illi coactum et periculi plenum fabulantur, exilium conjicere, quam mandatis nostris parere maluerint, quod non tam metu periculi, ut illi calumnientur, quam studio libere quidvis contra nos attentandi factum esse, multis indiciis, maxime autem eo comprobari posset, quod Aulachus, quam primum se in tutelam episcopi Varmiensis recepisset, literas ad nos daret, quibus et superbe et injuriose nobis multa prescriberet, et nescio quæ imminentia pericula nobis minitaretur, quam etiam honori et existimationi nostræ et consiliariorum nostrorum derogaret. Quod exulum voluntariorum perversum institutum quum nobis nullo modo ferendum esset, admonebatur a nobis Varmiensis [episcopus], ut eos potius ad debitam obedientiam magistratui suo legitimo prestandam, et ut se domum recipiant, quam tutela sua ad quævis contra nos suspicienda invitaret. Inde breviter hoc periculi, ut facile comminiscuntur, plenum exilium, inde hæ ad Regiam Majestatem breviter delatæ querelæ, inde occasio citra mandatum sollicitandi negotium controversum, quod horum hominum instinctu ad Sacram Regiam Majestatem delatum est, inde egregium illud, quod reliquis nostris subditis prælucet, obedientiæ exemplum, inde illud, quominus hactenus rescriptum in publico conventu publicari potuerit, impedimentum, inde denique, quod non oculis tantum, sed manibus deprehendendum venit, omnis dissidii et controversiæ fundamentum. Quum itaque Magnificentia Vestra, quæ nostra fuerit intentio, ex illa brevi delineatione, copiosius autem ex literis nostris ad Sacram Regiam Majestatem, et ex Heidensteinii relatione, id cognoscere possit, homines illos petulantia magis, quam justo metu fugisse, et se in exilium hoc ultro conjecisse, ex utilitate et re nostra foret, imo plurimum quieti et tranquillitati publicæ consuleretur, uti Sacra Regia Majestas si non graviori censura, attamen severiori cohortatione saltim, homini illi inquieto et seditioso, præsens, reliquis vero sociis per rescriptum, collatione quadam habita, et nostram ostenderet erga subditos clementiam, et ad subditorum ducatus Sacræ Regiæ Majestatis et successorum nostrorum utilitatem omnia disponendi et gubernandi studium, contra nos vero ipsorum ingratitudinem in rebus nullius vel parvi momenti, et talibus, quæ sine fundamento temerarie controvertuntur, curiosam contradicentiam, inprimis autem mandatis et citationibus nostris non obtemperandi contumaciam, hoc addito, ut quisque ad officium redeat, magistratui suo debitam obedientiam præstet, neminem ad frivolas contentiones contra dominum concitet, quantumque fieri possit, ut et paci et tranquillitati studeat. Addi præterea posset illa securitas et promissio, nos præter ordinem juris adversus eos nihil molituros, sed acturos justo juris ordine, prout latius in literis Sacræ Regiæ Majestatis continetur. Non dicemus jam plura de ipsius Aulachi sociorumque supplici libello injuriose confecto: refutaverit enim eum veritas ipsa. Quod enim ab exordio statim, remota omni verecundia, ponant, nos cognitionem controversiæ ejus publicæ hinc inde conquisito patrocinio, sumptibus et impensis abunde factis impedivisse, et ad corruptionem non obscure alludant, id fictum est, et ab his vaniloquis in omne ævum probari non poterit. Neque

unquam existimaviſſemus, eam vanitatem in ſubditos noſtros cadere poſſe; verum ſufficiat nobis eos hac in re falsum dicere. Erunt sine dubio, qui, si hoc corruptionis vitio insimulentur, se purgent. Et Sacra Regia Majestas, et Magnificentia Vestra, quid in hac re fecerimus, et an determinationem regiam, ut illi fabulantur, impediverimus, evidens testimonium nobis perhibere poterit. Modum instituendi pares curiæ, cujus Magnificentia Vestra mentionem fecit, quod attinet, celare Magnificentiam Vestram non poſſumus, cum proceſſum in causis certis, potiſſimum feudalibus et civilibus locum habere, quod ad criminales autem actiones, quales contra Aulachium, propter scriptum illud injuriosum, et alia illius flagitia intentandæ erant, minime extendi. Habebitur autem a nobis jurium æqua ratio, nec est quod quisquam, nos aliquid contra jus et æquum suscepturos existimet. Dolemus sane et vere dolemus, nos vitio quorundam malefactorum, tot exagitari furiis, dolemus etiam Sereniſſimam Regiam Majestatem hoc nomine tot obrui molestiis. Verum quum id, nisi hoc faciamus cum maximo, et Regiæ Majestatis et nostræ auctoritatis, et jurium incommodo evitare non poſſimus, et S. Regia Majestas excusatos nos habebit, et quo pacatiorem habeamus gubernationem, providebit prudenter. Quæ omnia hoc in negotio ad Magnificentiam Vestram scribenda duximus, etiam atque etiam petentes, ut pro suo in nos studio, porro ea omnia ita moderari juvet, quo et hi querulantes justa ratione compescantur, et nos in posterum ab hujusmodi turbatorum iniquis morsibus et querelis quieti et tuti esse poſſimus. Nos vicissim nullam Magnificentiæ Vestræ gratificandi prætermittemus occasionem. Magnificentiam Vestram prosperrime valere optamus. Datæ Regiomonti, die 29 februarii, anno Domini 1583.

XLII.

Libellus ad Sacram Regiam Majestatem.

90 30 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Sereniſſime Rex, potentiſſime princeps, Domine clementiſſime. Quum Stanislaus Hostka, Culmensis succamerarius, circa secundum januarii Regiomontum veniſſet, asseveraviſſetque se a Regia Majestate Vestra ablegatum, ut Illustriſſimo principi marchioni, duci Pruſſiæ, nomine Sereniſſimæ Majestatis Vestræ quædam negotia oretenus exponeret; Illustriſſimus princeps, pro ea qua est erga Sacram Regiam Majestatem Vestram observantia, et in ejusdem omnes nuntios propensitate, altero die prospexit, ut duo aulici eundem Hostkam in aulam comitarentur ac deducerent, id quod factum est: habebat autem Illustriſſimus princeps impedimenta quædam et causas graviſſimas, quominus prædictum Dominum Hostkam ad colloquium et aspectum suum admittere vellet, præsertim vero quum ex certis argumentis, et quod duos quosdam peregrinos lateri suo adjunxerat, eosque post se aſsidere juſserat, non obscure constabat, eum privata potius, quam publica propositurum. Quæ quum Illustriſſimus princeps fieri vidiſset, ne tamen ipsius plane negligeret, sed quod etiam alias apud principes, aliarum rerum occupationibus impeditos [non] inusitatum est, consiliariis suis quibusdam, ut voluntatem ejus cognoscerent, injunxit. At ille negotia sua neutiquam exponere voluit. Etsi autem Illustriſſimus princeps graves atque plausibiles, cur hujus rei cursui copiam non faceret, causas allegare potuiſſet; tamen pro ea, qua est mente sincera atque aperta, juſsit illi exprobrare, atque hujus indignationis rationem certam afferre: nimirum quod non solum subdi-

tos Pruthenicos contra principem, dominum suum, in adversandi proposito confirmaret, eosque malevolos omni patrocinio juvaret, sed etiam ipsius principis auctoritatem in comitiis superioribus cum magna sui contumelia passim traduxisset. Qua in re quum pleraque se fecisse non negaret, et deinde pro defendendis suis, quos in Prussia haberet, propinquis, idem facturum se diceret, atque nonnulla, quæ novam injuriæ speciem haberent, adderet, facile judicare est, quam hæc propria illius confessio et ipsa rei evidentia Illustrissimo principi odiosa et molesta fuerit, ut mirandum non sit ipsum a sua Celsitudinis congressu et alloquio, quod hactenus nemini ex legatis et internuntiis Regiæ Majestatis Vestræ denegatum est, exclusum, et hoc modo tractatum fuisse. Caterum de exhibendis fidei literis rursum admonitus, in priori proposito permansit, et rebus præcipuis indictis infectisque discessit. Quæ quum ita se habeant, et quum Regia Majestas Vestra clementer intelligat, non occasione Regiæ Majestatis Vestræ ipsi ullam injuriam allatam esse, sed sua potius culpa hæc accidisse, pro sua innata sapientia, seriem hujus rei gestæ clementer interpretabitur, et Illustrissimum principem, Dominum meum clementissimum, cujus alias erga Sacram Regiam Majestatem Vestram et ejusdem nuntios quævis studia paratissima explorata sunt, excusatum habere dignabitur, quod adversarium suum, a quo se in ipso negotio denuo læsum existimavit, audire noluerit, neque eundem rursus ab arce (ut alias regis legato hic honos debetur) in hospitium deduci curaverit. Atque hæc quidem quum ab Illustrissimo principe paulo prolixius perscripta sunt, ita etiam confirmationis causa Sacræ Regiæ Majestati Vestræ referenda duxi, cujus clementiæ mea servitia et obsequia paratissima commendo.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ obsequentissimus servitor

XLIII. Lavinus a Bulau.

Przekład łaciński drugiego listu od Cesarza Tureckiego.

90 31 Ex mss. arch. St. Aug. regis.

Significamus amicissime et notum esse volumus, quod nostra Porta excelsissima significatum, ex quibusdam arcibus in finibus Poloniæ regni, quæ sunt prope ditiones Hethman kirman, septingentos aut octingentos Cosacos Polonicos cum tympanis, vexillis, bombardis, et aliud id genus armis, ad ditiones kram kirman et Ozi incursiones extendisse, et miserorum colonorum bona, oves et pecora abstulisse, et semper ejusmodi deprædationibus et variis latrociniis terram illam infestari et deprædari. Quum igitur ex Porta nostra excelsissima Amza cziaus, cujus gradus augeatur, ad Vestram Majestatem venerit, necessarium est, ut secundum amorem singularem et conjunctionem fidelem, qua semper Vestra Majestas fuit erga nostram Portam excelsissimam, prædictis deprædationibus et latrociniis intenti latrones quærantur et inveniantur, ex ditionibusque nostris Cæsareis bona, oves et pecora omnia, quæ ablata sunt, suis dominiis cedant, et alias hujusmodi latrocinia non patrentur, et prædicti latrones durissime dum debent puniantur, Vestra Majestas summam diligentiam adhibeat atque operam det. Datum Constantinopolitana ex civitate, anno nostri prophetæ Mahomet 990, ad finem prope februarii.

Georgius Fridericus, dux Prussiæ, ad Dominum cancellarium.

Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustris Domine, amice singulariter nobis dilecte. Magnificentia Vestra juxta officiorum nostrorum commendationem, felicia quæque ex animo precamur. Postquam nobis

litera Magnificentia Vestra rederentur, quibus ea non tantum Fridericum Aulach, tam nomine suo, quam aliorum, libellum supplicem et querelas Sacra Regia Majestati obtulisse significat, verum etiam sui erga nos studii testificandi causa consilium suum, et quid facto opus sit, nobis sincere communicat: e re nostra fore arbitrati sumus, uti pari opera et Magnificentia Vestra in nos studium, quo in communicandis his rebus usa est, prodicaremus, et brevibus tantum, qua de causa querulantes illi nostri subditi in voluntarium illud exilium se conjecerint, significaremus, quidque hac in re tam a Sacra Regia Majestate, quam a Magnificentia Vestra expectemus, ostenderemus. Agimus itaque Magnificentia Vestra pro sua inprimis in nos benevolentia et studio, proque candida hac communicatione et consilio, gratias maximas, dabimusque operam, ut huic prompta in nos voluntati benevolentia et gratia nostra correspondeat. Quod autem voluntarium illud querulantium exilium attinet, Magnificentiam Vestram celare non possumus, quod postquam in eo toti essemus, quo mediante rescripto illo, a Sacra Regia Majestate Varsavia ad Ordines ducatus nostri dato, quosdam ex subditis nostris ad debitum officium, diuque desideratum parendi studium reducere, multorumque contradicendi frivole susceptum conatum reprimere possemus: ea nobis potior ratio promulgandi rescriptum visa est, ut inprimis cum iis ageremus, qui nos nescimus quo perverso sensu coecoque impetu in actionibus gubernationem nostram concernentibus, honestis, utilibus, ipsorumque libertati minime derogantibus non tantum impedirent, iisque contradicerent, sed etiam alios ad contradicendum sub pretextu, acsi libertati, ac privilegiis ipsorum ea, quam restituimus forma prajudicetur, invitarent. Quod nostrum institutum, et cum ipsis tractandi propositum, eo magis contendebat, ut non tantum cum ipsis de pretermisso fidorum subditorum officio et temere usurpata resistentia expostularemus, sed etiam eosdem benevolentia, et justa ratione magis, quam terriculamentis, et quas dudum meruere poenis nobis devinceremus quo deinceps tutius in publico conventu et rescriptum publicare, et cum reliquis subditis convenire, eosque in officio retinere possimus. Citavimus itaque tres illos supplicantes, et praterea duos ex nobilitate, Wilhelmum Eufelium et Sigismundum Valterclerum, tanquam precipuos turbarum illarum auctores, ad eum, quem attigimus finem, quorum alii comparuerunt, alii autem male ex anteactis sibi conscii, nescimus quid periculi veriti, non tantum contumaciter emanserunt, sed etiam ad secundam, eamque poenalem citationem, se potius in voluntarium hoc, quod quidem illi coactum et periculi plenum fabulantur, exilium conjicere, quam mandatis nostris parere maluerint, quod non tam metu periculi, ut illi calumniantur, quam studio libere quidvis contra nos attentandi factum esse, multis indiciis, maxime autem eo comprobari posset, quod Aulachus quam primum se in tutelam episcopi Varmiensis recepisset, literas ad nos daret, quibus et superbe et injuriose nobis multa prascriberet, et nescio qua imminentia pericula nobis minitaretur, quam etiam honori et existimationi nostra et consiliariorum nostrorum derogaret. Quod exulum voluntariorum perversum institutum quum nobis nullo modo ferendum esset, admonebatur a nobis Varmiensis [episcopus], eos ut potius ad debitam obedientiam magistratui suo legitimo prastandam, et ut se domum recipiant, quam tutela sua ad quavis contra nos suscipienda invitaret. Inde breviter hoc periculi, ut facile comminiscuntur, plenum exilium, inde ha ad Regiam Majestatem breviter delata querela, inde occasio citra mandatum sollicitandi negotium controver-

sum, quod horum hominum instinctu ad Sacram Regiam Majestatem delatum est, inde egregium illud, quod reliquis nostris subditis praluceat, obedientiæ exemplum inde illud, quominus hactenus rescriptum in publico conventu publicari potuerit, impedimentum, inde denique, quod non oculis tantum, sed manibus deprehendendum venit, omnis dissidii et controversiæ fundamentum. Quum itaque Magnificentia Vestra, quæ nostra fuerit intentio, ex illa brevi delineatione, copiosius autem ex literis nostris ad Sacram Regiam Majestatem, et ex Heidensteinii relatione, id cognoscere possit, homines illos petulantia magis, quam justo metu fugisse, et se in exilium hoc ultro conjecisse, ex utilitate et re nostra foret, imo plurimum quieti et tranquillitati publicæ consuleretur, uti Sacra Regia Majestas si non graviori censura, attamen severiori cohortatione saltim, homini illi inquieto et seditioso, præsens, reliquis vero sociis per rescriptum, collectione quadam habita, et nostram ostenderet erga subditos clementiam, et ad subditorum ducatus Sacræ Regiæ Majestatis et successorum nostrorum utilitatem omnia disponendi et gubernandi studium, contra nos vero ipsorum ingratitudinem in rebus, nullius vel parvi momenti, et talibus, quæ sine fundamento temerarie controvertuntur, curiosam contradicentiam, inprimis autem mandatis et citationibus nostris non obtemperandi contumaciam, hoc addito, ut quisque ad officium redeat, magistratui suo debitam obedientiam præstet, neminem ad frivolas contentiones contra Dominum concitet, quantumque fieri possit, ut et paci et tranquillitati studeat. Addi præterea posset illa securitas et promissio, nos præter ordinem juris adversus eos nihil molituros, sed acturos justo juris ordine, prout latius in literis Sacræ Regiæ Majestatis continetur. Non dicemus jam plura de ipsius Aulachi sociorumque supplici libello injuriose confecto: refutaverit enim eum veritas ipsa. Quod enim ab exordio statim remota omni verecundia, ponant, nos cognitionem controversiæ ejus publicæ hinc inde conquisito patrocinio, sumptibus et impensis abunde factis impedivisse, et ad corruptionem non obscure alludant, id fictum est, et ab his vaniloquis in omne ævum probari non poterit. Neque unquam existimavissemus, eam vanitatem in subditos nostros cadere posse; verum sufficiat nobis eos hac in re falsum dicere. Erunt sine dubio, qui, si hoc corruptionis vitio insimulentur, se purgent. Et Sacra Regia Majestas, et Magnificentia vestra, quid in hac re fecerimus, et an determinationem regiam, ut illi fabulantur, impediverimus, evidens testimonium nobis perhibere poterit. Modum instituendi pares curiæ, cujus Magnificentia Vestra mentionem fecit, quod attinet, celare Magnificentiam Vestram non possumus, eum processum in causis certis, potissimum feudalibus, et civilibus locum habere, quod ad criminales autem actiones quales contra Aulachum, propter scriptum illud injuriosum, et alia illius flagitia intentandæ erant, minime extendi. Habebitur autem a nobis jurium æqua ratio, nec est quod quisquam, nos aliquid contra jus et æquum suscepturos existimet. Dolemus sane et vere dolemus, nos vitio quorundam malefactorum, tot exagitari furiis, dolemus etiam S. Regiam Majestatem hoc nomine tot obrui molestiis. Verum quum id, nisi hoc faciamus cum maximo, et Regiæ Majestatis et nostræ auctoritatis, et jurium incommodo evitare non possimus, et S. Regia Majestas excusatos nos habebit, et quo pacatiorem habeamus gubernationem, providebit prudenter. Quæ omnia hoc innegatio ad Magnificentiam Vestram scribenda duximus, etiam atque etiam petentes, ut pro suo in nos studio, porro ea omnia ita

moderari juvet, quo et ipsi querulantes justa ratione compescantur, et nos in posterum ab hujusmodi turbatorum iniquis morsibus et querelis, quieti et tuti esse possimus. Nos vicissim nullam Magnificentiæ Vestræ gratificandi prætermittemus occasionem. Magnificentiam Vestram prosperrime valere optamus. Data Regiomonti die 29 februarii, anno Domini 1583.

XLIV.

Ad Stephanum regem Poloniæ a Domino cancellario.

Go 34 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Propter fratrum Tartari (1) e Constantinopoli fugam, nullam hoc tempore Tartarorum irruptionem metuendam multi censent. Bialogrodenses et Janus quatuor millia collegisse dicuntur, ex quibus Janus cum trecentis equitibus ad pagum Braclaviensem quendam devastandum excursiones fecerat. Transfugerunt ab eis tres Moschi, quos Tartari, quum superioribus annis Moschoviam incenderent, captos diu in servitute et vinculis tenuerant, postea libertate donatos penes se habebant. Iti occasionem nacti, quum una cum trecentis illis in ditiones Regiæ Majestatis Vestræ progressi fuissent, transfugerunt, et jam penes me duo sunt, nuperque omnino Bialogrodi fuisse profectos Crimea æstate præterita dicunt. Utcumque sit, consilia hostium, ut incerta, diligentissime tamen observanda arbitror. Movent me ab altera parte non parum hominum horum nimis gravem sibi militiam dicentium querimonia. Ad hæc judiciis nobilitatis, quæ obiturum me constitui, Cracoviam me avocari video. Quare, quid hoc tempore mihi facere putarit, quamprimum mihi Sacra Regia Majestas Vestra mandaret, velim. Præmissi interim versus fines Bialogrodenses capitaneum Halicensem cum mille quingentis equitibus, cum quibus finitimi, qui fere omnes procidibus (sic) instructi sunt, ad tria millia hominum efficient. Nisi secus Majestati Vestræ visum fuerit, intra decimam diem Cracoviam hinc [proficisci] ad judicia administranda constitui. Interim enim quid de Hungaris Majestati Vestræ fieri velit, et quo loco a me collocandi, certiorem me faciat rogo, an vero etiam reducendos ad se censeat, quod postremum mihi non displiceret. Commendo me etc. Leopoli, die 3 martii, anno 1583.

XLV.

Ad nuntium apostolicum a Domino cancellario.

Go 35 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Quum ad Sacram Regiam Majestatem in aulam scriberem, pro meo in Dominationem Vestram Reverendissimam studio, illam quoque de rerum harum statu certiorem faciendam esse putavi. Hic autem is adhuc est, ut Tartaros circa Borysthenem fluvium, tum regii exercitus fama, extremo loco duorum etiam fratrum ejus ex Constantinopoli fuga adhuc retinuerint, tum

---

XLIV.

(1) Byli to ci sami bracia Mehmeta Giraja, hana Tatarskiego, Alp Giraj i Selamet Giraj, którzy się byli przed jego okrucieństwem roku 1581 do Polski schronili, i których król na prośbę sułtana do Konstantynopola odesłał. Powrócili oni z tej ucieczki do Konstantynopola, a potem byli posłani do Krymu wraz z bratem Islamem, którego sułtan hanem mianował na miejsce Mehmeta Giraja zrzuconego z haństwa za to, że nie chciał dać żadnej pomocy Turkom wojującym pod wodzą Osmana z Persami w Dagistanie. Islam mając z sobą wojsko Tureckie wypędził roku 1584 z pomocą tegoż Osmana z Krymu Mehmeta, a Alp Giraj zabił go w ucieczce z dwoma synami.

incommoda collecti exercitus, gentem, quamvis duram atque asperam, adhuc pestis tota illa ditione grassans, non mediocriter affligere dicuntur. Bialogrodenses, qui, quatuor circiter millium exercitu contracto, reliquos expectabant, impatientia mora perse impressionem in ditionem Sacra Regia Majestatis facere voluerant, trecentosque circiter equites praemiserant, nihil tamen efficere potuerunt. Ab illis tres Moschi, quos, quum superioribus temporibus Moschoviam vastarent, ceperant, postea libertate donatos secum habuerant, transfugerunt, ac penes me jam sunt. Huc quum accedat, ut a Turca etiam . . . . . urgeatur, videtur mihi hostis, qui in literis et orationibus suis amariorem non-nihil se ostendebat, aliquando posthac suavior futurus. Quod si cum Turca non ea necessitudine conjunctus esset, fortassis non modo suaviorem, verum molliorem brevi videremus. Dominationem Vestram Reverendissimam bene valere cupio. Leopoli, die 3 martii, anno 1583.

Schedula.

Quum scripta jam litera essent, nimia tamen tabellarii in aulam contendentis festinatione relicta sunt apud me. Venerunt interim e Tartaria duo Regia Majestatis subditi, a Tartaris quondam capti, qui elapsi Borysthenem glacie jam concretum transgressi sunt. Narrant famam perlatam ad Tartaros quadraginta millia regii exercitus Barum jam superasse, alias etiam copias subsequi, atque recta in ipsam Tartariam tendere. Ad eum rumorem tantam trepidationem inter Tartaros excitatam, ut non modo stativa, verum etiam mapalia ipsa defererent, penitusque in interiorem Tartariam se reciperent. Utinam non conjunctum negotium hoc cum Turco esset, brevi forte hosce barbaros quoque ad officium redigeremus. Saperent principes christiani. Convenit me hic uterque nuntius, Turcicus et Tartaricus, factique jam sunt humanissimi. Egit mecum Turcicus, ne quid exercitus regius interim moveret, curarem: intra breve tempus hoc ipsum negotium ex sententia Regia Majestatis a suo principe compositum iri.

XLVI.

Litera episcopi Varmiensis ad Sacram Regiam Majestatem.

90 36 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Sacra Regia Majestas, Domine clementissime. Puerum meum cum his literis meis ad Regiam Majestatem Vestram missurus eram, nisi mihi se obtulisset, qui certe perferre et offerre posset. Equidem officii mei esse reor, Majestatem Vestram certiorem facere de omnibus, quae his in oris aguntur, et ad Rempublicam pertinere videntur, et si quid ejusmodi a me agendum est, non nisi sine consilio judicioque ipsius id facere lubeat. Non ignorat Regia Majestas Vestra dissidium aliquod esse inter Illustrem Dominum marchionem, ducem in Prussia, vicinum meum, et subditos ejus eousque jam progressum, ut metuendum sit, ne id contentione et pervicacia mutua in majus erumpat malum, non sine ipsius Regia Majestatis indignitate, et rei incommodo, praesertim quum neque domi apud nos res satis quieta, et foris suspecta sint. Rumor quidem spargitur, Dominum marchionem apud se habere ductores copiarum externos conductos, per quos facile, quando volet, militem colligat, et jam colligit, ut fertur. Conventus quidem non ita pridem Regiomonti turbulente actus, turbulentius dissipatus est, non sine magna animorum irritatione ad Regiam Majestatem Vestram provocatum est. Evocavit autem postea Dominus marchio quinque de primaria nobilitate, qui cum ipso in conventu nomine ducalium Ordinum de controversis negotiis agerent. Ab amicis secreto admoniti, ut sibi caveant, tres ex iis [salvum] conductum, ut vocant, a me

petierunt, et ad breve tempus impetrarunt, ut sibi liceat tuto in episcopatu meo habitare; et hero suo purgare se velle factum suum detulerunt, si tuto liceat. Nihil responsum: mecum verum ipse Dominus marchio datis ad me literis expostulavit, quasi contra pacta publica id a me factum esset, petiitque a me, ne eos homines in ditione mea tolerarem. Rescriptum a me, non insolitum id esse utrobique, si quis in indignationem domini sui incurrat, factitatum prius utrinque, nec in perniciem alterius vergere. Quod si putet ipse contra pacta publica factum esse, quod tamen non est, non a me ortum esse initium. Non magis me teneri pactis, quam ipsum. Hac igitur Majestatem Vestram nosse ex me volui, ut mature prospiciat, et obviam eat, ne latius serpat, sed ut quamprimum restinguatur, non leviter suppullulans in regno suo incendium, quod verisimile est ad plures pertinere, mihi autem perscribat, an diutius prorogare salvum conductum exulibus illis possim, vel debeam. Proficiscitur autem unus ex iis ad Regiam Majestatem Vestram, securitati omnium et publicae tranquillitati consulturus, e quo eam rem totam fusius ac plenius cognoscet. Dignabitur autem Ea ipsi facilem et benignam aurem prabere. Cavendum quidem est, ne quid mali propter malum vicinum, ut aiunt [ad nos serpat]. Simile quid subortum fuit in eo ipso ducatu, regnante divo Sigismundo Augusto. Receperat quosdam ex nobilitate profugos antecessor meus, episcopus Hosius, nondum cardinalis, regemque de toto negotio, quantum compertum habebat, admonuerat. Fuit non ingratum regi et consiliariis ejus, nec magno negotio res turbatae sopitae sunt per seculares commissarios. Quod restat, Deum precor ut Regiam Majestatem Vestram diutissime salvam et incolumem conservet. Heilsbergae, die 3 mensis martii, anno Domini 1583.

XLVII.

Ad nobilitatem Livonicam a Domino cancellario.

90, 37 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Generosi Domini, amici observandissimi. Accepi literas Dominationum Vestrarum: itaque quum jam quidem iis de rebus, de quibus Vestrae Dominationes scribunt, colloqui cum Regia Majestate non potui, feci tamen id ante diligentissime. Misitque ea de causa Regia Majestas ante meum ex aula discessum Penkoslavium in Livoniam, mandataque et proscriptum ad Dominum locum tenentem, secundum quod restitutio bonorum cujusque fieret. Eidem articuli legesque militares datae, quibus miles Regiae Majestatis contineretur, quibus si deesse aliquid adhuc videbitur, minusque disciplina militaris adstricta, quamprimum Cracoviam revenero, quod propediem futurum arbitror, denuo in manus a me sumentur, diligentiusque, maxime si quae ad nobilium bona pertinere videbuntur, a me sancientur. Captivorum redimendorum causa, certus Moschorum bojarorum numerus a Regia Majestate assignatus est, mandataque, quibus eos Dominationes Vestrae a thesaurario Lithuanico petant, eidem Penkoslavio data. Si quid aliud erit, in quo Dominationibus Vestris commendare me posse intellexero, de eo, quamprimum in aulam rediero, diligenter Regiam Majestatem monebo. Dominationes Vestrae bene valeant. Leopoli, die 6 martii, anno Domini 1583.

XLVIII.

Ad Stephanum regem Poloniae a Domino cancellario.

90 38 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissima Regia Majestas, Domine clementissime. Fuerunt apud me uterque nuntius Turcarum caesaris et Tartari, videbanturque angi animo, quod non commodius res-

ponsum a Sacra Regia Majestate accepiſsent. Nam quum de duabus rebus cum Majestate Vestra egiſsent, de intercepta a Niſsoviis legatione, et de donativis, ad ultimum hoc nullum fere a Majestate Vestra responsum se retuliſse dicebant. Respondi: non alieno Majestatem Vestram eſse animo iisdem conditionibus, quibus antehac data iisdem fuiſsent, eadem largiendi, addendum vero aliquid ad illa, aut a pristino more recedendum Majestati Vestra non videri. Ad prius autem quod attinet, Majestatem Vestram de iis, quæ citra provinciam in Tartaria accidiſsent, non teneri dicebant: ad hæc czausius agnoscere, non satis etiam recte hæc a Majestate Vestra a Tartaro postulata eſse, quum ad legationem minas simul adjeciſset, jamque equum se conscendiſse, et in armis eſse, renuntiaſset. Interim tamen operam dandam, ne res magis exacerbentur, nec alienum a rationibus pacis futurum fuiſse, si suum aliquem his de rebus secum Majestas Vestra misiſset..... In Porta quæri causas a Tartaro, ne una in Persidem ire cogatur; sperareque brevi imperatoris sui opera, pristinis omnino conditionibus ac legibus pacem, quæ placebit Majestati Vestræ, constitutum iri. Ostendi multa in principis ejus gratiam a Majestate Vestra hactenus Tartaris condonata, non posse diutius injurias ejus diſsimulari, pro eo, quod natura non hominibus modo, verum brutis etiam animantibus vim atque injurias propulsandi studium eſset insitum. Fœdus Majestatem suam, si partes suas princeps ejus interponat, pristinis legibus non invitam culturam, quo loco tamen Tartarum habere debeat, pro amico ne, an hoste, omnino ei sciendum. Confirmavit operam se daturum, ut, primo quoque tempore, et ad summum intra septem aut octo septimanas hisce de rebus, a principe suo consecutis, ex literis suis Majestas Vestra cognoscat; sperare enim se ad Majestatem Vestram remiſsum iri. Apparet a Sinan Baſsa hæc profecta eſse, vererique Tartarum, quum Siavus Baſsa, eo dejecto, jam locum suum teneat (1), ne consiliorum quoque horum ratio mutetur. De fratribus Tartari, si infirmæ res eorum sint, ac eo perduci poſsent, ut se alicui nostrorum crederent, non incommodum fortaſsis foret, si, sparsa fama in Moschoviam, aut remotiores oras illos transfugiſse, in Pruſsiam, vel Majorem Poloniam alicubi ad confinia Germaniæ omnes in casus seponerentur, si et vires illorum eſsent, ut rerum potituri viderentur; vel beneficio aliquo devinciendi eſsent. Nihil tamen hisce de rebus certi statui poſse arbitror, donec qualia in eos in aula Turcica studia sint, exploratum sit. Quod si Turca Tartarum in Persidem secum ducere constituerit, turbari res Tartaricas non dubium, quin molestum illi futurum sit. Sed scio Majestatem Vestram, pro singulari sua prudentia, tum Turcicarum rerum peritia, quid optimum factu sit, melius hisce de rebus poſse judicare. Redierunt nuper ex Tartaria duo Majestatis Vestræ subditi, a Tartaris quondam capti, unus Circaſsiensis, alter Cremenecensis, de quibus palatinum Braclaviensem jam ad Majestatem Vestram scripsiſse existimo. Ex his Cremenecensis apud me est, a capitaneo suo Braclaviensi ad me miſsus. Narrant famam exercitus Majestatis Vestræ magna trepidatione omnem Tartariam impleviſse, allatumque rumorem, jam ultra Barum partem progreſsam, aliam vero subsequi, ad eumque non modo stativa, sed mapalia ipsa, omnibus in interiorem Tartariam se recipientibus, fuga deserta, scripsiſse item Tartarus ad Bialogrodenses, ut se reciperent, non esse tempus hoc earum [rerum] sidoneum.

XLVIII.

(1) Sinan Basza złożony został z wezyrostwa 5 grudnia 1582 roku, a na jego miejsce wyniesiony na tę godność Siawousz Basza, stracony także 28 lipca 1584.

Curonicas res, ut perscribuntur, intellexi, non puto negligendas, ac amplius explorandum, maxime si duci Curlandiæ hujusmodi, quale perscribitur, responsum in publico conventu datum sit. Farensbachi certe probitatem ita mihi perspectam habere videor, ut de eo tale quid [vix] (in animum possim inducere. Suaderem tamen Majestati Vestræ, ut, si ulla ratione fieri posſit, nulla ampliori mora interposita, aliquid reperiret, quo virtutis ejus, atque navata in superioribus bellis Majestatis Vestræ opera, præmio illum afficeret, non tam mentis ejus sanandæ causa, quam per se integerrimam puto, quam ut, quum ejus erga Majestatem Vestram studium præ cæteris Livonibus eminuerit, atque in oculos hominum incurrerit, hac erga hominem bene meritum pietate et liberalitate cæterorum quoque animos atque studia eo magis vel commoveat Majestas Vestra, vel retineat. Ex Curonibus, si qui apertius turbent, existimarem tractationis Danicæ causa, ad evitandam invidiam atque offensam Dani, dissimulata [injuria], facile alium prætextum reperiri posse, priusquam Danus se commoveat, hanc novationem alio obtentu opprimi, nec Danum, ut provectæ ætatis, nec incommodorum belli expertum, temere eorum causa gravioris consilii quid suscepturum. Quod tamen Majestas Vestra existimat non facile eos in officio futuros, nisi de privilegiis eorum et possessionibus eis caveatur, idem mihi quoque videtur, censeremque in utrumque casum, seu mortis, seu vitæ Magni confirmationem privilegiorum eorum dandam. Si superviveret Magnus, mittendum aliquem, qui permutationem eam urgeret, ad quam vel ab ipsa nobilitate, postquam confirmatione accepta de possessionibus suis metuere desiisset, adduci facile posset. Si moreretur, ut locum tenens de fide Regiæ Majestati Vestræ danda eos moneret, simulque confirmationis literas eis mitteret. Non incommode autem confirmationem ita perscribi existimo, ut eodem modo, quo reliqua nobilitati Livoniæ, huic quoque privilegia salva esse velle Majestas Vestra ostendat. Ita enim utroque casu, seu vivat, seu moriatur Magnus, non tamen alia privilegia hac confirmationis clausula rata essent, quam quæ a priscis Livoniæ magistratibus profecta, jam ante Majestas Vestra rata esse voluerit. Quod si enim omnino pars illa Curoniæ [hodierno] possessori condonanda est, satius tamen Majestas Vestra factura videretur, si ut nulli alii fructus ad Eam inde redirent, saltim operis eorum incommodum hoc sarciret.

Quantum hoc rerum statu ad Sueticas inimicitias [attinet], Danicas enim turbas adtraherent, literas ad regem Daniæ ita rectissime scripturam Majestatem Vestram arbitror, [ut] legati, cujus spem illi prioribus literis fecerat, cessationem, urgentibus aliis negotiis, maxime autem necessariis ad remotiores regni ditiones occupationibus, excuset. Deinde injurias Sueci, interceptas præter opinionem in aliena victoria arces, verborum contumelias, legatorum dignitatem contemptui habitam, quam amplissimis verbis et copiosissima oratione exaggeret, tandem ipsius prudentiæ judicandum permittat, an in hac Sueciæ regis animi vehementia, et rebus utrinque ita exulceratis, quicquam ad pacificationem accomodari possit: suscepisse quidem propterea ad tractationes hasce cunctatiorem esse, quod quum jam ante satis multa a commotiore illius animo et oratione provecta pertulerit, plura ferre nec possit, nec debeat (2).

Ad literas Domini episcopi Vilnensis quod attinet, apparet, eum, quod per ætatem nondum multum in hujusmodi rerum deliberationibus versatus sit, minus rationes consiliorum eorum perspexisse, vel ab aliis, qui ea non intellexerant, accepta perscripsisse. Religionem Augustanam ea ratione iis permissam, qua medici in imbecilli corpore non exscindi mala solent, sed sanare,

facile apparet: interim nonnihil actum existiment, quod tamen religio catholica rursum in provinciam eam introducta sit, ac secundum eam sola Augustana religio, reliquis sectis exclusis, coli permissa. Ipsorum prolatorum deinde erit, ita vitam doctrinamque suam instituere, ut ab ea etiam omnes ad catholicam religionem pertrahant. Ad publicationem tamen capitis ejus quod attinet, ratione muneris illius permittendum putarem, vel ut per alium publicaretur, aut si vellet, non consentire, sed in id protestari posset. Neque ea re, presertim cum ejus diœceseos episcopus non sit, magnopere provinciales turbatum iri existimarem. De conventu ita se res habet, ut primum per presidiatus judiciorum constituendorum causa conventus habendos Majestas Vestra mandaret, cognitionem de bonis in proximum conventum generalem differret, in quo de suo quisque jure diceret: quo quum ita, una cum constitutionibus nuntiis provincialium proposuissem, ita a me discedebant, ut omnibus in rebus satisfactum illis videretur, ac tum bina exempla manuscripta illis data sunt, unum pro nobilitate, aliud Rigensium nuntiis pro civitate, unaque bina mandata de publicatione earundem constitutionum. Postea quum sororem, funusque affinis deduxissem, eoque ex loco Varsaviam me recepissem, iterum me adierunt, capitaque quædam, in quibus adhuc hærerent, scripto comprehensa mihi obtulerunt, in quibus quum esset etiam id de bonorum restitutione, quod pauci adhuc essent, qui bona sua possiderent, non recte autem judices eligi posse viderentur, nisi ex iis, qui in possessione essent, recepi de eo, sicut et de cæteris, ad Sacram Regiam Majestatem Vestram me relaturum, memoriaque Majestatem Vestram tenere arbitror, postquam ad Eam misissem, nihil me prius habuisse, quam ut iis de rebus Majestatem Vestram monerem. Inde quum Regia Majestas Vestra putasset, præter instructionem scriptam, aliquem etiam ad locum tenentem mittendum esse, et diu deliberaret, qui potissimum mittendus esset, res ducta est, donec Penkoslavius a Majestate Vestra deligeretur, atque ita demum de hoc capite bonorum restitutionis informatio episcopo missa est, eaque una cum reliquo instructionis præscripto Penkoslavio data, ita ut non dubitem, Dominum episcopum, quum nullum ejus rei a Regia Majestate Vestra mandatum habuerit, conventum, in quo de bonorum restitutione cognosceretur, edicere non potuisse, aut si edixisset, id tum, quod res ipsa facile eum docere poterat, feciſse, ut conventum prorogarit. In literis ad me scriptis ostendit, non alia causa, quam ut nuntii legationem suam nobilitati renuntiarent, conventum se edixisse. Quum domus Penkoslavii propius Cracoviam sit, quam Leopolim, puto ~~[illegible]~~ Majestatem Vestram jam melius scire, an profectus sit. Quod si moraretur, serio admonendus esset, ut quamprimum proficisceretur. Judicia ita puto constituta esse, ut et humanitatis æquitatisque ipsius ratio aliqua habita sit; quum tamen Poloni forte, aut Lithuani causas habuerint, quum et episcopus, et quæstor, et capitaneus Vendensis, venturi in conventum sint, et penes locum tenentem ultima sententia jus ac potissima auctoritas, nec in sola indigenarum potestate sit, alii que ab his opprimi [ne] possint, satis etiam provisum. Homines etiam æquissimis imperatorum legibus, ac accuratiori juri adsuetos, ad Lithuanicam formulam redigere, vix fortasis vel facile futurum, vel faciendum fuisset.

De mercibus Moschoviticis Rigam solum transvehendis, præterquam quod ad tempus saltim statutum id sit, quod maxime ille veretur, ne commercia inter Svecos ac nostros hac ratione tollantur, id vel maxime Majestatem Vestram, dum omnia cum Sveco adhuc suspecta sunt, quos ut exploratores, et omnis generis fraudes eo magis excluderet, spectasse memini, ma-

xime quum id ipsum ad redigendam in angustias partem Livoniæ, quæ cum Sveco est, cumprimis pertineat. Pharum Majestas Vestra ædificandum Rigensibus concessit, posseque ipsum exemplum e metrica petitum, ad Dominum episcopum mitti. De observatione calendarii Gregoriani dari litteræ ad Rigenses possunt. De actis item ad mandatum cameræ imperialis editis, monendi essent, ut si qua earum rerum comitia opus haberent posthac, mandatum a Regia Majestate Vestra ad civitatem impetrarent, ad quod edictio fieret, vel locum tenentem appellarent. Nam quod in universum fidem eorum in dubium vocet, videndum, ne, dum nemini fidamus, nullum etiam qui nobis fidat reperiamus. Locum tenentis dignitati, qua alia ratione consuli possit, quam consultum sit, non perspicio. Datus illi supremus in concilio et judiciis locus, jus ultima sententia, conventuum edicendorum, omniumque publicarum rerum suprema auctoritas, tum vero ut nihil speciatim tributum ei esset, quam reliquis magistratibus, et quod privilegio aliquo data non sint, illi, qui regis personam in provincia sustinet, relicta quivis facile perspicit. Meminit Majestas Vestra quam grave etiam vel ipsum nomen locum tenentis, aut gubernatoris, in constitutionibus hisce, dum legerentur, plerisque senatoribus fuerit.

Quod ad controversiam de finibus inter Maschum et Sacram Regiam Majestatem Vestram attinet, arbitror ad majores commissarios recte Majestatem Vestram rem rejecturam, ita enim vel penes Majestatem Vestram aget, controversiis manebit, vel si æquitati dandum aliquid fuerit, quod memini ad ipsam Pielchusam agrum quemdam Majestatis Vestræ pertinere, non incommode ex utriusque rationibus immutatio instituì poterit.

De militum Dorpatensium licentia jam leges scriptæ sunt, Penkoslavioque traditæ. Castellanum ..... nondum in præfecturam suam Dorpatum se contulisse miror; scribo tamen ipse ad eum, et ad propinquum ejus castellanum ..... ut quo quamprimum eo se conferat, illum urgeat.

Ad literas pontificis id satis arbitror, si a Domino episcopo rescribatur: quid actum in Livonia esset, quum exercitus Majestatis Vestræ in ea fuisset, nolius esse, quam in memoriam revocari ei debeat.

Qui capti sunt, etsi ipsi causam ejus rei præstiterunt, dum præfecturæ ejus agrum ac possessionem vi turbare voluissent; se tamen concordiæ et pacis studio Lesnovolscio [mandare], ut eos dimittat, interim ipsos quoque monere, ut ab omni vi atque injuria abstineant, dum alia ratio finiendarum controversiarum harum a regibus ipsis suscipiatur. Ad pignoratitias arces quod attineret, quum nullas nominaret, aut quales sint designarit, quæ illæ sint se ignorare, præterea scire illum de hujusmodi rebus non ministros regum, sed reges ipsos agere solere: itaque si quid rex ipsius vellet, Regiam Majestatem ipsam appellaret. (3). Video tamen arces eas magna ex parte in Magni potestate esse: itaque ne ii, quibus ille eas pignoravit, cum Sveco fortasse colludant, primo quoque tempore ipsis occurrendum esset, eaque, de quibus tractandis cum Magno supra scripsi, eo magis maturanda. Scribit ad me enim Thisenhusius certo sibi constare, conjugem

---

(3) Zygmunt August pożyczył w rzeczy samej od Jana, będącego jeszcze xięciem Finlandzkim, na wojnę z Moskwą, 120,000 talarów, i dał mu w zastaw niektóre zamki w Inflanciech; Górnicki nie wymienia summy, tylko mówi o pożyczonych pieniądzach i w zastaw danych zamkach. Rujen, Karkus, Helmet, Ermes.

liberosque suos in ipsa Moschovia adhuc esse, quorum liberandorum ut rationem aliquam inire posset, petit, ut ex captivorum bojarorum numero unus atque alter sibi assignetur. Supplico Majestati Vestrae mandare dignetur, ut in assignandis captivis praecipua ipsius ratio habeatur. Commendo me etc. Leopoli, die 6 mensis martii, anno Domini 1583.

Schedula.

Mitto Sacrae Regiae Majestati Vestrae, quemadmodum voluit, exempla confirmationis privilegiorum Curonicorum, et literarum ad regem Daniae, quae an Majestati Vestrae satisfacturae sint, quum coram mentem ejus perspicere non potuerim, nescio. Si quid tamen deesse illis videbitur, aut suppleri ex sententia Majestatis Vestrae poterit, aut quum Cracoviam revenero..... Nam hic illud etiam impedimento mihi esse videbatur, quod legationes et literas Sveticas, quae Majestati Vestrae cum rege Suecia intercessissent, penes me non habebam. In literis, quas Varsaviae Majestas Vestra ad regem Daniae rescripsit, in Ramelii causa commissarios se daturam, per eundemque nuntium, quem missura esset, nomine eorum diem etiam et locum edituram se ostendit. Earum exemplum Majestati Vestrae una mitto. Itaque poterit Majestas Vestra, qui illi videbuntur, nominare. Censerem autem ex Prussicis consiliariis aliquos dandos, ac in his Dominum thesaurarium regni, et palatinum Marienburgensem, eoque magis quod Ramelius Pomeranus est, ex ratione perpetuorum pactorum Pomeranis a Prussicis consiliariis jus dici debeat et soleat, maximeque vero Pomeraniae palatinus, nisi correus debiti ejus esset, ad id designandus foret. Etsi enim ad controversias, quae inter finitimos occurrere solent, illud in pactis pertineat, tamen non alienum est, similitudinem ejus hisce quoque in rebus effici. Poterit tamen Majestas Vestra praeter Prussos, quos voluerit, aliis ex provinciis addere. Locum aliquem in Prussia seu Marienburgum, seu quem alium commodum praefiniri Majestas Vestra posset, tempus augustum mensem opportunissimum arbitrarer.

De arcibus pignoratitiis, quas Svecus repetit, vereor ne quid clam cum possessoribus moliatur, ut Orescensem (4) ignominiam hac quasi ratione resarciat. Non enim puto rem hanc temere a pontifice motam. Itaque censerem, ut quamprimum Majestas Vestra isthaec inspiceret, [aliquem] mitteret, cetera etiam maturaret, et non alienum putarem ut et ad senatum ea de re referret, ut, si Majestatem Vestram non juvent, celatos tamen se hisce de rebus queri non possint.

XLIX.

Stephanus rex Poloniae ad Fridericum regem Daniae.

Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime princeps, amice et vicine noster charissime. Serenitatis Vestrae communis benevolentia inter Nos et Serenissimum Sveciae regem restituendae studium, quod superioribus literis Nobis declaravit, Nos, qui a praeclaro in Rempublicam christianam studio

(4) Szwedzi odparci ze znaczną stratą od Noteburga czyli Oreszka nad Newą, widząc że się zanosi na wojnę z Polską, zawarli 26 maja 1583 roku, do trzech lat zawieszenie broni z Moskwą, mocą którego Jama, Iwangorod, Koporya i Narwa w ich ręku zostały.

et tranquillitatis cura profectum judicamus, quemadmodum superioribus literis nostris ostenderamus, ita non possumus non idem summopere adhuc probare. Quod vero, quam prioribus literis dedimus, legatum nostrum de iis rebus nondum dimiserimus, non tam nostra voluntate aliqua accidit, quam variis partim negotiis, et ad remotiores regni nostri ditiones occupationibus, partim quod sic ingenui fateamur, ea hactenus cum Serenissimo Svecia rege interceserint, quae ad hujusmodi tractationes, cunctatiores Nos quodammodo ostenderent, facerentque, ut vereremur, ut non modo frustra id negotium susciperetur, verum etiam in majorem exacerbationem res adduceretur. Nam et Serenissimi Svecia regis animi commotione in superioribus tractationibus multa profecta, in quibus si ulterius progrederetur, quomodo fieri a Nobis vel possent, vel deberent, non reperiremus, et Nobis, dum accurate omnes ejus in Nos injuriae narratae essent, non exiguam animi molestiam subeundam videbamus. Nam quum ab initio ipse ad bellum hoc contra Moschum, pro mutua inter nos necessitudine, atque communibus ejus in utrumque injuriis, hortatus Nos fuisset, Nos, pro eo mutuae affinitatis vinculo, et animi nostri candore, consilia belli libere cum illo communicavimus, quod item bello illo a Nobis pararetur, quum alias sape, tum maxime quum de societate belli ageretur, ei declarassemus, non aliam eam coituram, quam ut Livonia universa, et quicquid intra Narvam esset, Nobis cederet, illi quae ultra Narvam Moschoviam versus sita essent (1). Literas denique, quibus per civitates nostras contra communem hostem militem scribere, ducereque permitteremus, ad petitionem ministrorum ejus impertiissemus. Ad extremum quum eo Nos hostem adegissemus, ut jam universa Livonia, praeter solam Narvam, Nobis cederet, dum ad Plescoviam, ad quam quarente illo bellum Nos translaturos, candide per literas ei jam ante aperueramus, cum exercitu sumus, copiasque nostras non modo versus Novogrodum, verum etiam Stariciam, ubi ipse princeps Moschorum erat, mittimus, omnibusque a Livonia partibus ita hostem arceremus, ut non modo succurrere ei non posset, sed ex ea ipsa ad tuendam Moschoviam praesidia detrahere necesse haberet; in

---

LXIX.

(1) Takie było życzenie króla Stefana w projekcie do przymierza ze Szwecyą przeciw Moskwie, do Sztokolmu na początku roku 1577 posłanym. Podawał w nim król Stefan królowi Szwedzkiemu Janowi myśl zdobycia dla siebie tego wszystkiego, co jest między rzeką Narwą a morzem Białem. Ale król Jan nie dał się ująć powabem takiej zdobyczy, i oświadczył w odpowiedzi na poselstwo sprawowane przez xiędza Goślickiego, że kto co w dogodnej dla siebie stronie zdobędzie, to przy nim zostanie (Obacz tę odpowiedź pod dniem 13 czerwca 1579 roku). Nie było formalnego między Polską a Szwecyą przeciw Moskwie przymierza, a zatem ani opisu, kto gdzie ma wojować: obiecano tylko sobie wzajemną przeciw niej pomoc. W tem jednak uchybił król Szwedzki, że zabrał co już z dawna do Polski należało, i co jej Moskwa ustępowała, ile że król Stefan przestrzegł króla Jana, żeby się do Inflant Polskich nie wdzierał (Obacz list jego z dnia 26 maja 1581 roku). Ale król Jan jakby w żart obrócił tę przyjacielską przestrogę, odpowiadając na nią, że każdy weźmie co mu Mars przysądzi, i że do niego także nie mała część Inflant należy. Obacz list jego do króla z dnia 11 lipca tegoż roku.

LXX.

Litera Amuratis, Turcarum imperatoris, ad Stephanum, regem Poloniæ.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Significamus amicissime, quod Serenissimo principi Tartarorum, Machmet Gereis, quem Deus benedicat, ex partibus Moschoviæ illa, quæ solent illi annuatim numerari, nondum adhuc allata fuissent, sed in finibus Poloniæ illa periissent, et quomodocunque id factum fuisset, illa ut cumulentur et ad illum mittantur. Præterito tempore literæ nostræ cæsareæ eadem per Achmet crausium nostrum missæ erant. Præfatus crausius illinc ad Portam excelsissimam rediens, dixit Vestram Majestatem respondisse, quod illa minime sciret, quomodo facta fuissent, et illa annua [munera] qui dissipassent, eos nescire, nam tum temporis, quo illa dissipata fuissent, in bello contra Moschum fuisset, eadem et nihil sciret de his, et quod sua sponte non redderentur illa, sed potius quinquaginta aut sexaginta millia hominum congregare vellet, et ad partes Serenissimi principis Tartarorum, ad fines Abirmam se velle irruptiones facere, et damna multa inferre voluntatem haberet. Eadem crausius præfatus hæc et his similia dicebat.

Quum nostra Porta excelsissima amicissime et sine controversia conjunctissime cum Vestra Majestate vixit, nunc autem nostra voluntate quum præfatus princeps Tartarorum se præparat adversus Persas, et hujusmodi impedimento Vestræ Majestatis ab illo cœpto ut removeretur, hic conatus non est bonus conatus, et dicere tot et tantos exercitus congregabo, et irruptiones faciam et damna, elatiomentis est, in Dei Maximi libro evangeliorum nempe elatiomentis qualiter [reprehensa] est, omnibus bene constat. Confidere autem in multitudine exercituum, non est sani consilii: omne negotium in potestate Dei altissimi est collatum, omnis negotii et elationis mentis finis est cogitandus. Quod illa, quæ ex Moschovia solent dari principi Tartarorum, pereant, non videtur omnino consentaneum; illa, quæ insciæ Vestra Majestate facta sunt, ab eadem interrogare et petere, conveniens non est. Consuetudo et bona amicita conservetur.

De his autem rebus Serenissimo principi Tartarorum literæ excelsissimæ missæ sunt. Nam discordiam nolumus inter vos esse, et Vestra quoque Majestas ad hæc se accommodet, et nostrum consilium teneat. Nam omnium rerum vestrarum felicissimum eventum optamus, regimen regni Poloniæ, et Vestræ Majestatis officium vicinitate et amicitia nostra splendidum [esse], et augeri potest, et omnis negotii finis respiciendus est.

Pax, quæ est inter nostram Cæsaream Serenitatem et Serenissimum regem et universum [regnum Poloniæ], usque ad annos octo erat confirmata, et jam tempus finitum, iterum ad annos octo a primis diebus februarii confirmata

est, et de his litera privilegiales data. Constantinopoli, die 10 martii, anno prophete 991 (1).

LXX. (1) Przed tą datą sułtan turecki napisał do króla inny list, w którym gdy przypomniał, że za jego łaską i rozkazem królem wybrany został, nie odpisano mu, ale ustnie cranssowi rzeczono, abytak więcejnie pisano, gdyż takich listów nie przyjm

nostra victoria, quæ belli præmia a Nobis peti, jamque ipsa hostis cessione nostra sciret, literis tamen nostris, quibus, ne id faceret, amice eum moneremus, plane dissimulatis, ab omni hostili præsidio fere [derelicta] ipse intercepit. Quæ etsi, ut debebamus, indigne ferebamus, non eousque tamen vel communis inter principes christianos concordiæ, vel mutuæ necessitudinis, vel ipsius denique humanitatis oblivisci arbitrabamur, ut non, quo amice inter nos controversiæ componerentur, tentaremus. Itaque misimus ad eum legatos, ut iis de rebus inter nos tractari posset. Ibi vero tanta Serenissimi Regis Succiæ vehementia exarsit, ut non modo omnem amicæ tractationis intentationem plane repudiaret, verum etiam multa contra nostram ipsius, non pauca contra Ordinum dignitatem, aspere diceret, plurima cum ipsorum legatorum, quorum apud omnes gentes nomen venerabile est, contemptu, partim fierent ab illo, partim dicerentur. Quod eo magis Nobis mirum visum, quo magis id contra omnium principum atque regum morem, qui in maximis etiam offensionibus, et summa odiorum acerbitate, verborum tamen contumelia abstinere se soleant, fieri animadverteremus. Itaque prudentiæ Serenitatis Vestræ erit intueri, an, rebus utrinque ita exulceratis, ad pacificationem accommodati quid possit suspici. Nos quidem merito consideramus, primum, quod ad rem ipsam attinet, parum nos sperare posse, deinde vero si ad priores acerbitates, ac contumelias injuriasque novas addere pergeret, quemadmodum nec debemus, ita nullo modo ferre possimus; tum vero si eo modo, ut coepit, Serenissimus Sveciæ rex progrederetur, ac tractatio susceptæ minus succederet, nec ad Serenitatis quoque Vestræ indignitatem id pertineret, verendum Nobis intelligimus.

Ad privatum Ramelii negotium quod attinet, quemadmodum superioribus literis, pro nostro justitiæ æquitatisque studio, polliciti sumus, si contra eos, per quos hæc gesta contractaque sunt, jure experiri noluerit, auctoritatem nostram et magistratuum nostrorum deesse illi non patiemur. Commissarios eam in rem N.N. ad diem N.N. mensis N.N. locum vero N.N. assignandum existimavimus, ubi more regni nostri sex septimanis ante citationibus ex cancellaria nostra, et a commissariis sumptis, jus suum prosequi poterit. Serenitatem Vestram bene valere cupimus, eique rerum omnium felicem successum, prosperitatemque optamus. Cracoviæ die..... (2).

LXXI.

Rudolphus Romanorum imperator Stephano regi Poloniæ

90 41 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime princeps, affinis, vicine, amice charissime. Serenitatem Vestram recenti memoria tenere arbitramur, quid antehac consiliarius noster, honorabilis, devotus et fidelis Nobis dilectus, Joannes Cyrus, abbas Sancti Vicentii Vratislaviæ, nostro nomine cum Serenitate Vestra egerit in favorem Joannis Vaiss a Selmitz, secretarii nostri, et fideliter dilecti, ob iniquam, uti asserit, malevolorum suorum delationem in contumaciam proscripti, quidque tunc Serenitas Vestra præfato abbati Cyro hoc in negotio responderit, id nimirum quod Serenitas Vestra in nos-

(2) List ten bez daty był pisany po zasięgnieniu zdania senatorów (Obacz list króla do nich z dnia 13 stycznia tego roku) i po tym poprzednim Zamojskiego liście, pewnie przed śmiercią Magnusa, to jest przed 18 marca; wkrótce bowiem potém poróżnił się Stefan z Fryderykiem o byłe biskupstwo kurońskie, śmiercią Magnusa osierocone, a do Kurlandyi, pod władzę zwierzchniego pana, króla Polskiego, wrócić mające.

tram gratiam factura esset, quantum salvis regni sui Poloniæ legibus liceret. Quum igitur jam ab eodem Joanne Vaiss humiliter Nobis supplicatum sit, ut nostras partes apud Serenitatem Vestram interponere, ac ipsius causam nostra intercessione juvare, sicque innocentiæ suæ opitulari dignaremur, ut Serenitas Vestra ex libello supplici, his annexo, uberius intelliget: Nos ejusmodi precibus, tum pro benignitate, et ea, qua prosatum Joannem Vaiss prosequimur clementiæ affectione, tum justitiæ et æquitatis, qua niti videtur, promovendæ studio deesse nolentes, non solum dictam causam Serenitatis Vestræ oratori, Reverendissimo, devoto, sincere Nobis dilecto, Hieronymo comiti de Rozrazew et Bomsdorff, episcopo Vladislaviensi et Pomeraniæ, hinc recessuro commendavimus, verum etiam ad Serenitatem Vestram has in eandem fidem dare voluimus literas, quibus a Serenitate Vestra benevole postulamus, ut sæpe fatum Joannem Vaiss suo favore et gratia benigne prosequi, adeoque tam eorum, quæ in supplici ejus libello adducta sunt, quam etiam hujus nostræ intercessionis, cui etiam prænominati episcopi Vladislaviensis commendatio accessura est, ratione habita, vel petitam intra legitima tempora banni sublationem cum salvo conductu concedere, factamque suorum bonorum donationem revocare velit, vel saltim regia sua auctoritate, ac speciali gratia eadem bona ipsi restitui jubeat, atque de illis tanquam propriis disponendi facultatem elargiatur. In quo Serenitas Vestra rem et æquanimitate sua dignam, Nobis vero summopere gratam fecerit. Quod reliquum est, Serenitatem Vestram prosperrima valetudine frui optamus. Data in civitate nostra Viennensi, 27 martii, anno Domini 1583, regnorum nostrorum, Romani octavo, Hungariæ undecimo, et Bohemici itidem octavo.

LXXII. Rudolphus.

Druga mowa posła Francuzkiego miana do doży i senatu Weneckiego, 30 marca 1583 roku.

Bibl. cesarska w Paryżu: suppl. fr. 174.

Serenissimo principe. Avendo fatto intendere i giorni passati al rè mio Signore la risposta della Serenità Vostra e di questi illustrissimi Signori su quello ~~che~~ che fù da me proposto per conto dell' ambasciatore eletto da questa Illustrissima Republica per Polonia, Sua Maestà m'ha commandato di far intendere alla Serenità Vostra ch'ella ha molto bene considerato la risposta che gli è stata fatta, laquale ancora che non sia tale, come Sua Maestà aspettava dalla grande e reciproca amicizia che fra Sua Maestà et questa Serenissima Republica, massimamente in cosa tanto giusta e ragionevole, come quella ch'al nome di Sua Maestà io aveva dimandato, nientedimeno sicome il bene e l'avantaggio di questa Serenissima Republica è stato e sarà sempre molto caro e raccommandato a Sua Maestà, così ella non m'ha dato ordine di dir altro alla Serenità Vostra se non che Sua Maestà si promette tanto della vostra prudenza e singolar affezione verso di lei, che non permetteranno mai questa deliberazione sia accompagnata di effetti, i quali possino far pregiudizio a Sua Maestà, e che la Serenità Vostra metterà in considerazione quanto l'amicizia de' rè di Francia è stata utile a questa Illustrissima Republica sopra quella di tutti gli altri principi della Christianità, e non solamente Sua Maestà si persuade che in questo negozio sarà fatto pregiudizio di questa Serenissima Republica, ma ancora nella receuzione dell' ambasciatore del Battori, se ne mandasse alcuno verso di questa Serenissima Republica, di che Sua Maestà non ha voluto mancar d'avertirla.

LXXIII.

List od iednego przyiaciela do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Iużeśmy, chwała Bogu, wrócili się z Rusi do Krakowa, odpłoszywszy Tatary, którzy, by ich był Dniepr nie zatrzymał, który się prędko rozciekał, więc y fama exercitus nostri, która tam wielka wszędzie była, pewnieby byli wskoczyli w one kraie. Więc y to przypadło, że carykowie oni z Turek uciekli, którzy się na starego cara zwaśnili. Otoż teraz trochę pokoiu od nich, ale na lato aby także tak bydź miało, albo nie póydąli do Persyi na Kuszelbaszę, nie przyrzekamy za nie. A ieśli do tego żołnierze, co w Rusi są, nie będą mieć pieniędzy y roziadą się ztamtąd, dopiero ci poganie serce mieć będą. Gdyśmy się ztamtąd ruszali, przynieśli Kozacy niektórzy tę pewną wieść, że Bakay chciał był do ziemi wpaść z Białogroycy, ale JMość (hetman) wyprawił wskok ku granicy Pana Włodka, starostę Halickiego, z tysiącem ludzi, gdzie iest y do tego czasu, a tak rozumiemy, że Bakay nie natrze.

Iadąc ze Lwowa, pierwszy nocleg mieliśmy w Gródku u Pana woiewody Podolskiego (Mieleckiego), na kilka dni zaproszeni przedtem od niego. Był z nami Pan Batory, rotmistrzów y żołnierzy niemało, co JMość prowadzili. Przyiechaliśmy do Gródka na południe. Wyiachał przeciwko nam Pan woiewoda przed miasteczko w pole na saniach, z nim Pan Sandomierski y Pan Sandecki, było też ziemian kilku przyiaciół, sług nie gromada. Podagryk o lasce witał Pana Batorego y JMość. W zamek wieżdżaiąc, stała Pani woiewodzina z fraucymerem przed domem, czekaiąc aby z woza zsiadł. Gdy się witali, udał się Pani płacz. Do stołu potem siedliśmy; przed JMcią postawiono talerz, na którym była buławka uczyniona z serwety, y to niektórzy notowali. Satis frugaliter było ieść, y wieraśmy się czegoś inszego spodziewali większego. O laseczce po izbie gospodarz chodząc, często mówił, że ia ziemianin nędzny, przyięcie iako u ziemianina. Płotki iakieś wszystko na stół stawiano, y to mało tego było, zapetytem wstali drudzy od stołu. Dziwowali się temu niektórzy, y tak rozumieli, żeby to umyślnie uczynić miał, bo snadź alias tak skąpo żyć nie zwykł. Pił za zdrowie królewskie do Pana Batorego, potem do JMci.

Nazaiutrz rano zaprzęgliśmy wszyscy wozy. Pan gospodarz posłał Panu Batoremu skoro wstał wódki cynamonowey w pozłocistym kubku, prosząc aby wypił, a wypiwszy, aby kubek za wdzięczne przyiął, a nie przepominał go, gdy piiać będzie z niego. W kubku około czterech grzywien srebra było. Posłał mu też y rusznicę długą Hiszpańską chędogą. JM Pan kanclerz ubrawszy się szedł do kościoła, który tamże w Gródku iest, a w nim intestina regis Jagellonis pochowane leżą. Za nim Pan gospodarz przyszedł. Po inszy, idąc do Pana woiewody na pokóy, upominki zastąpiły drogę: siedm woźników cisawych srokatych, nie bardzo osobnych, puklerz pozłocisty. Zawarli się na pokoiu oba, y mieli z sobą rozmowę mało nie cztery godziny całe: stęskniło się nam było

y koniom w wozach czekaiąc. Owoż śniadanie nagotowała prze JMość Pani woiewodzina, y tam u niey na pokoiu śniadał, y Pan woiewoda trzeci. Nam drugim do izby wielkiey iść kazano, a tu iuż prawie po ziemiańsku było. Raz tylko pokiśmy iedli, do nas gospodarz przyszedł, prosił abyśmy sobie podpili, alebyśmy byli woleli iaką rosłą szczękę z Grodzieckiego tak sławnego stawu, musieliśmy na płotkach przestać. Tandem porwawszy się, a JMość od Pani woiewodziny pierwey, poszliśmy do wozów, y pożegnawszy odiechaliśmy precz. Pan Batory, kiedy ieszcze rano Panowie byli w kościele, nie żegnawszy się z Panem woiewodą, poiechał precz naprzód, niekontent y Węgrzy także.

Z Gródka byliśmy w Przemyślu, tameśmy swego poprawili. Już nie wiem z iaką ochotą częstował Pan starosta (Tomasz Drohoiewski), y z iakiemi wymysły. Miasto z gratulacyą obviam wyszło, strzelbę, działa na rynku puszczono. Bankiety zasię a co ia wiem iakie, potrawy malowane, więc w nich zwierzęta, ptactwo żywe, muzyka za każdą pełną odmienna, nuż maszkary, moreski, mataczyny: owaśmy mięsopusty mieli znowu. Był Pan Batory y Węgrowie kontenci.

W Przemyślu ziachał się z nami Pan Podlodowski dworzanin. Posyła go król JMość dla koni do Turek, aż tam gdzieś ku Arabii daleko.

Przyiechawszy do Krakowa, zastaliśmy tu drukowany dialog o seymie Warszawskim, który WMci, swemu miłościwemu Panu, posyłam. Zastaliśmy też tu na rynku dziwnych nowin, że w Wielkiey Polsce conventicula bywaią częste. Ludzie tam ręce sobie dawaią na podatek nie pozwalać nigdy za tego króla.

LXXIV.

Rex Stephanus ad marschalcum regni.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Magnifice sincere Nobis dilecte. Sinceritas et studium illius erga Nos facit, ut ipsius opera libenter non publicis modo in negotiis, sed privatis etiam in nostris utamur. Itaque [quum] Illustrissimi olim principis Transylvaniae, fratris mei charissimi filia, in regnum, sub festum Pentecostes, ventura jussu nostro sit, postulamus a Sinceritate Vestra, ut illi obviam ad fines regni, una cum conjuge sua, de cujus pietate, pudore ac modestia, eximia quaeque audimus, progrediatur, ac deinceps etiam nuptiis illius cum Magnifico regni cancellario, quae post 12 junii futura sunt, intersit, ad quas alios quoque regni senatores advocabimus. Confidimus Sinceritatem Vestram nostri causa non gravatim id facturam. Nos vero, ut nostra itidem benevolentia et ipsi, et ipsius domui in iis, quae ad dignitatem et commodum illius spectabunt, prodesse possimus, operam dabimus. Bene valeat Sinceritas Vestra. Niepolomiciis, 28 martii, anno Domini 1583, regni nostri septimo.

Stephanus Rex.

LXXV.

Kanclerz i hetman W. Koronny do marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Ilurnicensis.

Wielmożny M. Panie Marszałku. Słuszyme w tasce WMci, mego miłościwego Pana zadeciwszy. JK Mość karat Panną swoiewodzianką siedmio grodzkami tu ku świątkom przywieść. Maią wyiechać septima maii, wesele ma bydź we dwie niedziele po świątkach. Nie wątpię nic JK Mość, że WMość te praca dla niego podeymiesz iechać do granicy. Poiedzie tedy na Iasło, na Krosno, na Pilzno, na Tarnów, na Brzesk, na Niepołomice, y tyle będzie mieć noclegów w Polsce, na których za czasu zgotuią wszystkie potrzeby. Proszę y ia z swey strony takie, aby to WMci ciężko nie było. Na wesele prosząc wyprawi król JMość po Wielkiejnocy skoro do przednich Panów Rad, y dla tego to do WMci piszę ręką swą, ieby gdy do wszystkich napiszą, wasząm kszt atem ogłosito się. Bo niemasz się aliąs z czem kryć, wszak ani się podeymanie przymuie, ani tak ieby z czyiego domu co milerkiem trzeba wymykać; ieżeli to, że przyiaciółka Królewska, wszak brat rodzony Królewski był pierwszym senatorem, a syn, y to nie Bóg iaki, biskupem Pornańskim (1). Iwagierstw, których było więcey i rozmaitych, nie spominam (2).

Będzie y Królowa, będzieli zdrowa. Rozumiem, że nienagorzeyby było, gdybyś WMość raczył sam kogo zesłać, albo więc komu zlecić porządne rozdanie gospod, sam WMość abyś gdzie raczył blizko zamku stanąć, radbym był temu. Nie wątpię, że w tey mierze iako Królowi JMci na chęci WMci, tak mnie na tasce nic nie zejdzie, która ten usque ad aras [sepulcri], iako wszystka inna gotowem WMści odsługować. Item się tasce WMci poruczam. Z Krakowa 29 martii 1583.

LXXVI.

Zabicie Jakuba Jasłóteckiego przez Jerzego Rusockiego.

Ex mss. bibl. Ilurnicensis.

Pan marszałek ił miał nieprzyiaźń z Panem Stanisławem z Górki, woiewodą Pornańskim, a miał sądzić sądy w Kaliszu, sprawiono go, iż Pan woiewoda miał bydź na tych sądziech, nie dla swey potrzeby, ale aby mógł despektiakki Panu marszałkowi wyrządzić: iakoż ziechał był do Przemyśla y przyiaciół niemało z nim. Dla czego Pan marszałek zerwał do siebie sto a sto szlachty, oczekując tam Pana woiewody.

(1) Pierwszym był Fryderyk, brat Jana Alberta, Alexandra i Zygmunta, drugim kardynał i biskup Krakowski, trzeci arcybiskup Gnieźnieński, drugim Janusz, syn z nieprawego łoża Zygmunta Starego, najprzód Wileński, potem Pornański biskup.

(2) Władysława Jagiełły z Granowskim, Zygmunta Augusta z Radziwiłłem Rudym.

Między tą szlachtą był też Jakub Jaskółecki, który podpiwszy sobie u Pana marszałka, poszedł od niego na gospodę, na którey zastał Jerzego Russockiego, syna niegdy Franciszka Russockiego, kasztelana Nakielskiego. Posiedzieli z sobą, potem poszedł Russocki precz, poszedł y Jaskółecki na inszą gospodę. Chodząc potem Russocki około rynku z muzyką, uderzył chłopca Jaskółeckiemu, któremu gdy chłopiec dał znać, wyrwał się Jaskółecki, posiekli się, nieranion iednak, iedno Sadkowski z Russockiego strony: rozeszli się. Tam gdy Jaskółecki z świecą do domu przychodził, z Russockiego strony strzelono, zabito Jaskółeckiego, y służkę postrzelono.

Dano znać do podstarościego, podstarości Panu marszałkowi iako generałowi, ale nierychło, aż hora tertia noctis, w dwie godziny po zabiciu. Pan marszałek kazał Russockiego szukać, ale Russocki spuścił się z muru z tymi sługami, co z nim byli, y poszedł za przedmieście do folwarku pisarza ziemskiego Kaliskiego. Mógł był uciec Russocki, bo posłane po niego praesidia były słabe, ale rozumiał się bydź tutus w folwarku pisarskim, tego nie bacząc, że ten dom był pod iurisdykcyą mieyską. Posłał tam tedy Pan marszałek, iako starosta, podstarościego y sługi swe. Poyman Russocki, przywiedzion na ratusz. Tam szedł na sądy Pan starosta. Żałował in absenti fratrum Jerzy Poniecki o zabicie Jaskółeckiego, prosił, gdyż in recenti poyman, aby był na gardle karan, chcąc go convincere. Przywiedziono Russockiego, przy iaciół kilku było przy nim, co na sądziech byli, prokuratora z prawa dano. Negowali factum, skazano scrutinia, więc ex utraque parte wiedli: pokazało się, że z Russockiego strony strzelono, on zabił. Konwinkować chciano. Pan starosta, acz widział scrutinia bydź contra reum, iednak nie chciał bydź sam sędzią tey sprawy, ale scrutinia odesłał pro declaratione do króla JMci, Russockiego in vinculis kazał mieć, straż przydał, także complices y sługi.

LXXVII.

List Królowej Anny do marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Magnifice Domine, sincere Nobis dilecte. Oyciec y matka Jerzego Russockiego bardzo się Nam dobrze zachowali y Rzeczypospolitey oyciec, dla czego potomstwu ich iesteśmy miłościwą y łaskawą panią. A iż tam pomówion iest snadź niewinnie tenże Jerzy Russocki o zamordowanie Jaskółeckiego, y zatem bardzo w srogie więzienie podan iest, dla tego z wielką pilnością za nim WM prosimy, aby łaskawsze więzienie miał, a iżbyś się WMość nań nie skwapiał, ażby co od króla JMci w tey sprawie miał. Uczyni Nam WMość w tem rzecz bardzo wdzięczną a sobie przystoyną. Z tem WMci od Pana Boga żądamy zdrowia ze wszystkiem dobrem, sama bardzo chorą będąc. Dan z Warszawy, 4 kwietnia, roku Pańskiego 1583.

Anna.

LXXVII.

Warunki pojednania Jerzego Ruszczyckiego z braćmi Jaskółeckiego, w Kaliszu, w poniedziałek po przewodniej niedzieli, roku 1583.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Naprzód przy pogrzebie mam za ciałem iść w czarney szacie do pół ramion obnażony, z gołą głową y szyią, żeby koszuli nie mieć było, w ręku miecz goły ku górze wyniesiony niosąc, y z którym do kościoła przyszedłszy, skoro ciało postawią, aby krzyżem padł, y póki ceremonie kościelne trwać będą, aby krzyżem leżał przy trumnie, a gdy będą ciało kłaść w grób, aby z mieczem ku górze wyniesionym, podle trumny stanąwszy, głośno wyraźnie te słowa czytał, tak żeby ci wszyscy, którzy będą w kościele, słyszeć mogli.

Wyznawam przed Panem Bogiem wszechmogącym y przed WMciami wszystkimi, którzyście sięście do tego zacnego aktu zgromadzić raczyli, że niebożczyk Pan Jakub Jaskółecki, nie mając za nim nic przedtem nic czynić, ani onego przedtem nie obwieściwszy, z przyczyny mey, pod sądami, z rusznicy niewinnie dał gardło. Co czem źle uczynił, nie poszanowawszy w tem jako urzędowego mego, tak też gwałcąc prawo pospolite y szlacheckie wolności nasze, w których wiara bydź obrażona widzę wszystkie te, do których kolwiek wiadomości ta moia sprawa przyjdzie, proszę WMciów wszystkich dla Pana Boga, abyście mi WM odpuścić raczyli? WMcie, moi taskawi Panowie Jaskółeccy, tę broń, którą mem stusznie na gardle miał bydź karan, sam siebie y gardło swoie w ręce y pod sąd acuriek WMciów podawaiąc, o miłosierdzie WM. Panów proszę, gotów będąc wszelaką pokutę uczynić, iaką mi WMcie narzucić będziecie raczyli.

Na przystrzey iurisdikcyi Poznańskiey, póki będzie trwała, ma siedzieć na pół moście zamkowego w czarnym kapturze, z rusznicą y z mieczem gołym, a ktoby go pytał, dla czego by siedział, żeby powiedział, że Pan Jakub Jaskółecki z przyczyny mey niewinnie dał gardło. Wszakoż iednak tak, iż zaraz po skończeniu iurisdykcyi blisko przystrzey Poznańskiey, tenże Ruszczycki powinien będzie na dół do wieży Wronieckiey w Poznaniu zasieść, y ondzie pół roku wysiedziawszy, drugie pół roku na wierzchu tegoż wieży ma wysiedzieć. A gdyby Kaliska iurisdikcya przypadała w tym roku, tedy za wiadomością Panów Jaskółeckich, albo urzędu grodzkiego Poznańskiego będzie mu wolno na trzydni przed iurisdykcyą tey zaraz ciemnością wyjść, na której iurisdycie tymże sposobem siedzenie u ratusza na wschodzie z rusznicą i z mieczem gołym wykonywać ma, a ktoby go pytał, dla czegoby siedział, żeby powiedział, że niebożczyk Pan Jakub Jaskółecki z przyczyny mey niewinnie gardło dał.

A po wykonaniu tego siedzenia, iako na wieży, tak na iurisdykcyi, skoro sejm przypadnie, żeby na ten sejm iechał, y króla JMość także Rady Koronne przeprosił zarazem zawiadamiając, że Pan Jakub Jaskółecki, sługa y poddany WKMci ~~nadwornik~~

z przyczyny mey niewinnie gardło dał, któryiako WKMości na dwanaście koni służył, ia także wielki poczet WKMci y Rzeczypospolitey gotówem stawić, z którym do półrocza tam, gdzie będzie wola y rozkazanie WKMci y Rzeczypospolitey, kosztem swym gotówem służyć (1).

Przy pogrzebie czynił to wszystko Russocki, siedział też na ~~dn~~ dnie wieży mało nie pół roku. Insze kondycye, krom pieniędzy, na przyczynę Pana ~~mał~~ marszałkową odpuścili mu Jaskółeccy.

LXXVIII (1) Miał prócz tego Russocki dla dwóch szpitalów w Kaliszu 2,000 złotych na wieczne czasy zapisać, a na zbudowanie kaplicy przy kościele, gdzie Jaskółecki był pochowany, 3,000 złotych wyliczyć.

LXXIX.

Stephanus rex Poloniæ ad Joannem Georgium electorem Brandeburgensem.

90 42 Ex mss. bibliothecæ Kurnicensis, et ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime princeps. Accepimus literas Illustritatis Vestræ, ex quibus etsi motus aliquos Sacri Romani Imperii impendere intelligeremus, non tamen satis an ab externa vi, an vero intestinarum rerum perturbatione aliqua pertimescendi ii essent, perspicere potuimus. Extremum hoc eo gravius esse nemo non intelligit, quo magis eæ vires, quibus contra externos hostes tectæ Respublicæ esse debent, in civilibus dissensionibus in propriam earum perniciem convertuntur. Nos certe, pro mutua atque antiquissima necessitudine, quæ divis antecessoribus atque regno huic nostro cum Sacro Romano Imperio semper intercessit, omnibus rebus semper ornatissimum atque florentissimum id esse cupimus. Non pauca enim regna, quæ barbararum gentium furori atque libidini objecta sunt, in eam spem venisse animadvertimus, fore, ut ea saltem Respublica, quæ principem inter christianos dignitatis locum teneret, hujusmodi aliquando consilia susciperet, quibus in depellendis a reliqua christianarum gentium cervice publicis christiani nominis hostibus, omnique et servitute, et metu servitutis iis liberandis reliquis quodammodo præiret. Itaque, quo molestius nobis accideret, si ejus Reipublicæ statum, cujus tranquillitatem cum totius christiani nominis salute conjunctam existimamus, domesticis dissensionibus turbatam intelligeremus, eo optatius fuerit, quod pro sua prudentia etiam sine cohortatione nostra Illustrissimos principes Imperii ejus operam daturos confidimus, si quæ in Imperio illo offensiones exortæ essent, quæ publicam pacem movere possent, iis omnino sublatis, stabilem inter illos concordiam, qua et reliquæ Respublicæ maxime continentur, et hoc Imperium tot jam annos maxime floruit, constitutam cognoscere. Id autem ea ratione maxime consecuturos existimamus, si nihil ex pristinis institutis novetur, sed in eo, in quo hactenus fuerunt statu, omnia conservare contendant; at si quis novare quid velit, eum, ne propter sua commoda atque cupiditates statum Reipublicæ turbet, a proposito dimoveant: idque eo magis annitendum illis existimamus, quod omni studio in pacem cum Persa faciendam Turcam incumbere intelligimus, quæ si coierit, et, quod facturum eum minime dubitatur, in Europam arma converterit, quantum in periculum civiles discordiæ adducturæ statum, quum Imperii ipsius, tum universæ Christianitatis essent, pro sua prudentia facile perspiciunt. Quod si externorum armorum injuriæ expectandæ illis essent, harum eam rationem existimamus, ut ratio atque natura ipsa, quæ non modo hominibus, sed brutis animantibus vim injuriasque propulsandi studium indicit, facile unicuique, quomodo iis obviam ire debeat, consilium præscribat: idque pro tantis Sacri Imperii opibus, si ad eas summum omnium rerum firmamentum, concordiam, retinuerit, minime difficile futurum ei judicamus. Nos quantam pro nostra cum Illustritate Vestra, atque Sacri Imperii conjunctione debere Nos illi agnoscimus, benevolentiam nostram Illustritati Vestræ desiderari non patiemur. Illustritas Vestra bene valeat. Cracoviæ die prima aprilis, anno Domini 1583.

Schedula.

Jam ante quid de Coloniensi negotio sentiremus, quum ad Illustritatem Vestram, tum ad Illustrissimum Saxoniæ electorem, scripsimus literas, quas ad Illustritates Vestras pervenisse non dubitamus.

LXXX.

Elector Brandeburgensis ad Stephanum regem Poloniæ.

90 43 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Sereniſſime Rex, Domine et affinis obſervandiſſime. Regiæ Serenitati Vestræ promptiſſima voluntatis ſtudia deferimus, eidemque felices rerum ſucceſſus et incrementa precamur.

Sereniſſime Rex. Literas Regiæ ~~Literitatis~~ Serenitatis Vestræ datas Niepolomiciis decima martii (1), ipso Paschatis die accepimus, ex iisque abunde intellexímus, Regiæ Serenitati Vestræ salutem et tranquillitatem publicam curæ ~~ſſ~~ eſſe maxime. Quod quum antea haberemus persuaſiſſimum, nec minus nostro loco in hanc curam incumbamus, de iisdem fere rebus, pro conjunctione nostra amorisque studio, ad Regiam Serenitatem Vestram proxime scripsimus, et speramus literas eas Serenitati Regiæ nunc quidem recte redditas eſſe; ideoque Regia Vestra Serenitas nulla apud nos eget excusatione, quum merito communis hæc sit sollicitudo, quod in hac ultima mundi senecta, divinum judicium et pœnas accelerantibus peccatis, non obscure ante oculos sint tales mutationes et turbationes fere omnium imperiorum. Et quidem ad negotium Coloniense, de quo ad nos scribit Serenitas Vestra Regia, quod attinet, est sane, archiepiscopum et electorem Coloniensem veram evangelii doctrinam amplexum, a priore religione diſceſſisse. Existimat autem is, se nihilominus electoratus dignitatem, et administrationem archiepiscopatus retinere poſse, eoque scripto publice declarasit, non cupere se in bonis ecclesiasticis quidquam immutare, aut ea ad hæredes transmittere, neque juri capituli in libera electione ſucceſſoris, si vel ipse resignaret, vel diem suum fatalem obiret, derogare, sed non minus ex re archiepiscopatus, et quod sit officii sui, facturum, cleroque suam religionem, ceremonias et ritus ecclesiasticos liberos permiſſurum, citra omnem injuriam damnumve cujusvis, et illibata auctoritate ordinis electorum, Sacrique Imperii sanctionibus. Huic archiepiscopi electoris proposito opponit se capitulum. Nos una cum collegis nostris electoribus secularibus, quod intelligeremus requirere officium nostrum hanc vigilantiam, et ut gliscenti malo maturo consilio occurreretur, tempestive utramque partem studiosa diligentia monuimus, considerate agerent, nec facile quid moverent. Quumque ardore causæ latius progrederentur, et capitulum externum etiam militem, qui in vicino Belgio meret, et alias in limitibus Imperii ferocior est, contra electorem attraheret, sicuti nunc dux Parmensis, Hispaniæ regis in Germania inferiori gubernator, supremusque militiæ præfectus, petente hoc ab ipso capitulo, duce comite Arnburgico, aliquot millia equitum et peditum suppetias ei misit, qui in agrum Coloniensem progreſsi, quasdam arces occuparunt, alias obsidione tentarunt (2). Ipso electore contra defensionem auxilia

LXXX.

(1) Nie mamy tego listu króla Stefana do Jana Jerzego, elektora Brandeburskiego, z Niepołomic 10 marca pisanego. Poprzedzający bez daty był pisany z Krakowa.

(2) Roku 1582 Gebhard Truchseſs, elektor arcybiskup Kolońſki, przeszedł na wyznanie lutenskie, pojął żonę, i chciał zarazem utrzymać się na arcybiskupstwie. Ufny w pomoc xiążąt protestanckich, wjechał do Bonn na koniu, z biblią w jednej a szablą w drugiej ręce. Ale w katolickiej Kolonii i we własnej kapitule doznał większego, niżeli się spodziewał, oporu, na pokonanie którego, kiedy kapituła przeciw niemu zaciągnęła wojsko, jeden tylko z panów protestanckich, Kazimirz, palatyn Reński, zebrał cokolwiek żołnierza. Papież Grzegorz XIII wydał w konsystorzu kardynałów dekret odejmujący Truchseſsowi arcybiskupstwo Kolońskie, i posłał do Kolonii nuncyusza Malaspinę, który podejrzanych kanoników z kapituły usunąwszy,

quærente, Sacram quoque Cæsaream Majestatem, in cujus aula nunc etiam legati nostri sunt, interpellavimus, quæ quidem literis eodem die, quo Regia Vestra Serenitatis, redditis explicavit, causam se interjuncturam, de eaque, adhibito electorum consilio, acturam, ut non diffidamus negotium hoc absque graviori aliqua turba sopiri posse, nec dubitamus ipsas partes concordiæ studiosas fore, quum præsertim fortunæ ambarum primis injuriis, et adversariorum et eorum, qui auxilium præstaturi accersuntur, sint expositæ. Quod autem ex legibus Imperii externum militem in hoc inducere non liceat, et mali res exempli sit, nec mediocre periculum ab hoc metuendum est iis, quorum ditiones archiepiscopatui Coloniensi adjacent, quum non difficile esset instructis illis copiis, causæ Coloniensis prætextu, vicinos minus paratos impetere, eorumque invadere regiones, aut civitatem aliquam Imperii occupare, præsertim si dominium Rheni obtinerent, quemadmodum in civilibus dissensionibus externa auxilia plerumque neutri parti felicia esse solent: movit hæc res aliquos Imperii Ordines et Status, ut et ipsi in procinctu essent, militemque pararent, ut si ex his unus bello peteretur, pro mutua conjunctione et secundum Imperii constitutiones laboranti auxilium ferre, et Imperii fines tueri possint, quod et nos agere Sacræ Regiæ Majestati Vestræ proxime significavimus. Nihil autem, intercedente Cæsarea Majestate, cum collegis nostris electoribus omittemus omnino, quæ ad commode tollendam hanc controversiam facere posse videbuntur. Damus enim operam, ut concordia undique inter Sacri Imperii Ordines et Status conservetur, si quid incidat dissensionis, id ut tollatur, aut ita componatur, ne quid detrimenti ad Rempublicam deveniat, et ut ex Statuum amicitia Imperii utilitas, atque ex hujus salute omnia vicinorum regnorum, adeoque orbis christiani commoda augescant et serventur. Quod si externo hoste Sacrum Imperium attentante, aut invadente, præter spem et curam omnium aliquid eveniat, et ex publicis calamitatibus nostris, etiam ditiones, quod Deus clementer prohibeat, et nos omni curâ providemus, rebus adversis implicarentur, plane non dubitamus, Serenitatem Vestram Regiam nobis minime defuturam, quum de Regia Vestra Serenitate, necessitudinis, conjunctionis, vicinitatisque benevolentia, certo nobis constet, cui vicissim officia nostra sunt promptissima. Regiam Vestram Serenitatem, vitam et incolumitatem ejus Deo Opt. Max. commendamus. Datum Coloniæ ad Sprœam, feria secunda Paschatis, anno 1583.

LXXXI.

Dépêche de l'ambassadeur de France au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu, Mss. St Vict. 1091.

Sire. Suivant le commandement qu'il vous a plût me faire, j'ai fait entendre à ces Seigneurs que Votre Majesté avait fort bien considéré leur réponse touchant l'ambaſsade de

skłonił resztę do wybrania na arcybiskupstwo Ernesta z xiążąt Bawarskich, biskupa Freisingeńskiego. Wykonali dekret papiezki z jednej strony Alexander Farnese, xiąże Parmy, najwyższy wojsk Hiszpańskich we Flandryi dowódca, który ztamtąd z Hiszpanami wkroczył do arcybiskupstwa, z drugiej strony Wilhelm xiąże Bawarski, brat Ernesta, tym łatwiej, że prócz Kazimirza żaden z panów protestanckich nie ruszył się na obronę swego nowego spółwyznawcy, a garstka wojska Kazimirzowego w skutek gróźb i upomnień cesarza Rudolfa rozeszła się do domów. Gebhard Truchseſs schronił się do Wilhelma, xięcia Oranii, partyi protestanckiej w owych stronach głównego naczelnika.

Pologne, laquelle encore qu'elle ne fût telle que Votre Majesté esperait d'eux et de la singulière amitié que vous leur portez, même en chose si juste et raisonnable, que néanmoins Votre Majesté aimait tant le bien et avantage de leur République, qu'elle ne leur en voulait dire autre chose pour le présent, sinon qu'elle se promettait tant de leur prudence et bonne volonté qu'ils ne permettraient jamais que la déclaration qu'ils avaient faite fût accompagnée d'effets qui pussent faire préjudice à Votre Majesté, soit pour envoyer leur ambassadeur, soit pour la réception de celle du Batori, advenant qu'il envoyât un par de vers eux, et qu'ils considéraient toujours prudemment combien votre amitié et celle de vos prédecesseurs rois leur avait été honnête et profitable plus que celle de tous les autres princes de la Chrétienté, y ajoutant ce que je pensai pouvoir servir à ce sujet. Leur réponse, Sire, a été semblable à celle qu'ils me firent premièrement s'excusant que le pape et le roi Catholique en avaient fait autant auparavant eux, et enfin me dirent ouvertement que craignant le mouvement du Turc cette année, ils avaient pensé d'envoyer vers le Batori pour s'aider de tous les moyens qu'ils pouvaient afin de resister à cet ennemi commun, et qui les presse de si près, mais qu'ils ne feraient jamais s'il leur était possible chose qui pût mécontenter Votre Majesté, et par là, Sire, Votre Majesté peut connaître que l'occasion en a été telle que j'ai écrit ci-devant, et néanmoins il ne se parla non plus maintenant du partement de cet ambassadeur, que si jamais il n'avait été élu, et est prêt d'être sacré évêque de Brescia, comme j'ai déjà averti Votre Majesté, et par conséquent il faudra venir à l'élection d'un autre, ce que mal aisement à mon avis voudront-ils faire, ayant entendu ce que je leur en ai dit de la part de Votre Majesté; car cette résolution ayant été prise sur une soudaine crainte qu'ils eurent de la paix d'entre le Grand Seigneur et le roi de Perse, n'étant plus les choses en ces termes, demeurera facilement sans effet, aussi qu'ayant eu depuis tout le loisir d'y penser, ils connaîtront possible que cela ne leur apportera tant de commodités ni d'avantages, comme ils se l'étaient persuadés. Quoique ce soit je ne faudrai de suivre le commandement de Votre Majesté si les choses passent plus avant, et ne reconnaîtrai celui que le Batori pourrait envoyer par deça pour ambassadeur en ce qui dependra de moi, mais pour le regard des ~~lieux~~ lieux, où nous pourrions nous trouver ensemble, comme aux cérémonies publiques, Votre Majesté me fera cet honneur de m'en commander sa volonté, car je ne puis pas empêcher, si ces seigneurs le voulaient ainsi, qu'il ne s'y trouvât au dessus de moi, et je craindrais qu'étant là tous deux ensemble, il ne semblât que ce fut un consentement que Votre Majesté prelât à l'élection de Batori, et que ce ne vous fût autant de préjudice. Je ferai outre les protestations tout mon devoir, au cas que cela arrive à l'endroit de ces Seigneurs, pour empêcher qu'il n'ait rang aux cérémonies, mais au cas qu'ils le voulussent permettre, Votre Majesté me fera, s'il lui plait, savoir comment je m'y comporterai. Je m'assure que Votre Majesté aura tout loisir d'y penser, mais en telles occasions il est bon d'être averti de bonne heure. Venise 9 avril 1583.

LXXXIII.

Ad ducem in Prussia a Domino cancellario.

90 44 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustrissime princeps, Domine observandissime. Invitus sane ex Illustrissimæ Celsitudinis

LXXXII.

Litera episcopi Vratislaviensis ad marschalcum regni.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Salutem in Domino. Illustris et Magnifice Domine amice charissime et observande. Generosus et Magnificus D. Henricus a Kurtzbach senior, liber baro in Trachenberg et Militsch, ante paucos dies ad nos literas dedit, in quibus conqueritur sibi a Generoso D. Joanne Konarski, castellano Calisiensi, injuriam factam, sequе haud exiguo damno affectum esse, quod idem castellanus una cum aliquot centenis virис in silva ditionis suae magnam arborum copiam securibus dejecerit, et Cobilinium quam primum avehi curaverit.

Praeterea etiam scribit, ante aliquot menses subditis suis de Militsch a vectigalium praefectis in Solomierycze, quum adhuc a loco telonii ad sesquimilliare abessent, equos, currum et merces violenter ereptos esse, et licet judici Posnaniensi ea de re conquestus sit, hactenus tamen nec restitutionem, nec responsum impetrasse, et nostram, velut supremi capitanei, implorat opem et auxilium, ne ipsemet insignem hanc injuriam ulcisci cogatur. Ejus igitur querelas Illustri Dominationi Vestrae mittendas esse existimavimus, quae pro sua insigni prudentia, his rebus remedium invenire noverit, ut nostrates cum Dominis Polonis amice vivant potius, quam simultates inter se alant, et dissensionibus implicentur.

Quod D. Konarski attinet, si ita res habet, quemadmodum ad nos perscribitur, sane miramur eundem, qui ipse Calisii magistratus munere fungitur, et reliquos ab ejusmodi violentia dehortari debebat, hanc injuriam D. Kurtzbachio intulisse, ut violenter tot stipatus hominibus ligna aliena caedere et avehere sit ausus, quum id sacrarum legum praescripto, et utriusque etiam regni Poloniae et Bohemiae compactatis et constantissimis foederibus repugnet, neque quemquam sibi ipsi jus dicere et vi agere licitum sit et permissum.

Quod si vero de silva illa lis est, quod nobis non constat, nec controversia haec alia ratione componi possit, fortasse non incommodum esset, commissarios utrinque constitui, qui locum lustrarent, et audita et cognita causa, aequabili aliqua ratione componere conarentur. Interea a neutra parte aliquid adtentatum erit, sicut jam D. Kurtzbachio scripsimus, idem ut etiam ab Illustri Dominatione Vestra significetur, amice desiderabamus; nihilominus etiam eidem curae erit, ut ereptae in Solomierycze a vectigalium praefectis merces, currus et equi restituantur, ne conquerendi occasionem D. Kurtzbach habeat, et tum nobis, tum etiam Illustri Dominationi Vestrae ulterius negotium facessat.

Quod reliquum est, Illustrem Dominationem Vestram, cui studia et officia nostra amice deferimus, in Domino rectissime semper valere atque gaudere ex animo precamur. Datum Nissae, 9 die mensis aprilis, anno Domini 1583.

Vestra literis quorundam ejusdem subditorum tum Celsitudini Vestra adversandi, tum publicam principatus ejus tranquillitatem turbandi studia intellexi. A quo etsi et Celsitudinis Vestra [humanitate], ac tempore ipso, quod vel maxime ejusmodi hominum conatus atque consilia debilitare solet, dimotum eos iri facile mihi persuadeo; quod si tamen quidquam facturos ostendere visi sint apud Regiam Majestatem, atque in hac aula instituti ejus patrocinium quærendum existimarint, quum nihil nisi quod cum æquitate justitiaque ipsa ac Regiæ Majestatis decreto atque auctoritate conveniens sit, a Celsitudine Vestra suscipi mihi persuadeam, Regiam Majestatem justam semper mutuæ cum Celsitudine Vestra necessitudinis, tum ipsius æquitatis vel maximam rationem habituram minime Celsitudo Vestra dubitabit. Eadem apud Ordines quoque, si ad eos rem detulerint, ut merito debent, ita plurimum valitura. A me certe nullum officium, quod a Celsitudinis Vestræ, atque æquitatis studiosissimo prestari possit, unquam prætermitteretur. Cracoviæ, 11 aprilis, anno 1583.

in LXXXIV.

Georgius Fridericus dux Prussiæ ad Dominum cancellarium.

90 45 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Illustris princeps, amice singulariter nobis dilecte. Literas Illustritatis Vestræ, in quibus nos ad festivitatem suarum nuptiarum invitat, accepimus, ac magna cum voluptate legimus. Quemadmodum autem jam antehac munerum, dignitatum atque honorum Illustritatis Vestræ incrementa, factis atque virtute ejusdem hucusque parta, nobis jucundissima fuerunt, ita hanc splendoris et augustæ affinitatis accessionem, consilio divino et Sacræ Regiæ Majestatis auctoritate institutam atque confectam, eo majorē cum voluptate audivimus, quo animus noster ad bene precandum, et omnem favorem Illustrissimæ Dominationi Vestræ exhibendum hucusque fuit propensior. Rogamus autem summum Deum, hujus connubii auctorem, ut id ipsum ad sui nominis gloriam, Reipublicæ emolumentum, et Illustrissimæ Dominationis Vestræ, ejusque sponsæ charissimæ salutem et incrementum divina gratia et benignitate sua fortunare velit. Quemadmodum Illustrissimæ Dominationi Vestræ per legatos nostros, quos ad dictum diem mittemus, prolixius gratulari, absentiæ nostræ causas exposituri, nec non propensissimum studium nostrum abunde declaraturi sumus, Illustrem autem Dominationem Vestram certo sibi persuadere volumus, nisi hujus provinciæ gravissimis occupationibus tantopere detineremur, et temporis angustia etiam excluderemur, minime nos commissuros fuisse, quin et Sacræ Regiæ Majestatis postulationi, et Illustrissimæ Dominationis Vestræ petitioni ipsa presentia nostra cumulate satisfaceremus. Qua de re Illustrissima Dominatio Vestra ex legatis plenius agnoscet, et nos tam Sacræ Regiæ Majestati, quam sibimet ipsi pro fiducia nostra excusabit. Quam prosperrime valere, et magis magisque florentem vivere optamus. Datæ Regiomonti, 22 aprilis, anno Domini 1583.

in LXXXV.

Dux Prussiæ ad Stephanum regem Poloniæ.

90 46 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine affinis observanter colende. Sacræ Regiæ

Majestati Vestrae, delata officiorum nostrorum debita promptitudine, diuturnam incolumitatem et rerum omnium successus prosperrimos ex animo precamur.

Domine clementissime. Sacra Regia Majestatis Vestra literas, quibus nos ad nuptias suas ex fratre neptis, et Illustrissimi Domini cancellarii, exercituumque regni generalis, clementer invitat, ea, qua par est reverentia accepimus, et singulari cum voluptate legimus. Precamur autem Deum, hujus connubii auctorem, ut ipsum, quemadmodum pio consilio atque consensu, tam divi olim Transylvaniae principis, quam Sacrae Regiae Majestatis, prudenter institutum atque decretum est, ita ut ad nominis sui divini gloriam, Reipublicae emolumentum, Illustrissimae domus Bathoreae incrementum, et utriusque conjugis salutem prosperrime evenire sinat. Nobis vero etsi nihil optatius esset, quam nostrum tum erga Sacram Regiam Majestatem [obsequium], tum erga Illustrissimum Dominum cancellarium singularem [propensionem] et benevolentiam presentia nostra abunde testatam facere, simul etiam Sacram Regiam Majestatem Vestram coram reverenter complecti, atque de rebus nostris, adeoque Reipublicae informare; ea tamen quum propter presentem hujus ducatus statum, [tum] propter temporis angustiam impedimenta inciderant, ut id ipsum, quod maxime et ex animo etiam vellemus, praestare non possimus: Mittimus autem legatos nostros, qui tam Regiae Majestati Vestrae, quam novae nuptae, ipsique sponso, nostro nomine coram gratulentur, causas absentiae nostrae latius exponant, et propensissimum studium, et voluntatem nostram prolixe declarent. Id quod Sacrae Regiae Majestati Vestrae, Domino et affini nostro charissimo, hoc quidem tempore observanter respondendum duximus, quam prosperrime valere, diuque florentem regnare optamus. Datum Regiomonti, 22 aprilis, anno 1583.

Sacrae Regiae Majestatis Vestrae observantissimus
Georgius Fridericus dux Prussiae.

LXXXVI.

Ad Dominum locum tenentem episcopum Vilnensem a Stephano rege Poloniae.

90, 47 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustris et Reverendissime in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Quum ducem Magnum mortuum intelligeremus, ante omnia faciendum Nobis existimamus, ut possessionem arcium illarum, quas ille tenuerat, adiremus, incolasque eorum locorum sacramento Nobis adigeremus. Qua de causa instructionem nostram ad Sinceritatem Vestram mittimus, cum eaque, ut legationem suam ad nobilitatem eam Sinceritas Vestra ablegat, ac suis quoque verbis ad fidem prostandam eosdem cohortetur, eam autem plane rationem, quae a Nobis prascripta est, in agendo servet, Sinceritatem Vestram hortamur, quam hoc Reipublicae tempore, omni cura studioque suo, tum muneri suo, tum Reipublicae, Nobisque minime defuturam omnino Nobis persuademus. Sinceritas Vestra bene valeat. Cracoviae, die 23 aprilis, anno Domini 1583.

Stephanus Rex.

LXXXVII.

Instructio Sacræ Regiæ Majestatis Illustri ac Reverendissimo Patri Georgio Radzivil, Episcopo Vilnensi, Regiæ Majestatis in Livonia locum tenenti, ad nobilitatem Illustri principi, Domino Magno, Holsatiæ etc. ducis, in Livonia quondam subditam missa. Cracoviæ die 23 mensis aprilis, anno 1583.

90 48 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Locum tenens noster in casum mortis ducis Magni legationem suam ad nobilitatem ei subditam statim mittet, quæ literis fidei nostris et ipsius locum tenentis erga eos benevolentiam declarabit, inde in hanc omnino sententiam verba faciet.

Sacra Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, quamprimum de graviori valetudine Illustris principis Magni, Holsatiæ etc. ducis, intellexisset, pro sua ut erga universam provinciam, ita Dominationes quoque Vestras paterna plane cura ac sollicitudine, quamprimum certa mandata ad Illustrissimum et Reverendissimum in Christo Patrem Georgium Radzivil, episcopum Vilnensem, et suum in Livonia locum tenentem misit, quæ si quid illi humanitatis accidisset, Dominationibus Vestris vel per se, vel per internuntium proponeret. Existimat autem Sacra Regia Majestas, ita multis rebus suum erga universam provinciam hanc Livoniam studium testatam esse, ut quum tot pro ea e gravissima servitute, quæ maximam provinciæ jam ejus partem premebat, reliquis vero imminebat, labores adierit, tot sumptus exhauserit, tot annorum gravissimum bellum susceperit, per vastissimas solitudines, tantasque sylvarum et locorum difficultates aliquoties cum exercitu in ditiones hostiles penetravit, tantum sanguinis suorum profuderit, gravissimas coeli aerisque injurias pertulerit, ut ex faucibus quodammodo crudelissimi hostis, immanitate ejus jam oppressam provinciam tandem eriperet, minime tam obscurum id sit, pluribus verbis ut demonstrari debeat. Ut vero satis id Dominationibus Vestris perspectum sibi persuadet, ita etiam minime dubitare vos vult, quin quo animo erga universam provinciam sit, eodem erga Dominationes quoque Vestras esse, quæ non exiguum ejusdem membrum sint, ac in media Livonia constitutæ, eodem cum reliquo corpore jure ac necessitudine contineantur. Nam qui universam provinciam liberandam tuendamque suscepisset, facile intelligebat, non minori curæ Dominationum quoque Vestrarum commoda atque ornamenta omnia sibi esse debere, quia non minus, quam reliqui provinciæ hujus Ordines fidei subjectionis jure sibi, regnoque devinctæ essent. Ut enim superiora prætermittamus, ac ea saltim, quæ in recentissima Dominationum Vestrarum memoria posita sunt, spectemus: quod potest esse jus certius atque exploratius, quam quum Magnus dux a Moscho, cujus in se fluxam fidem, gravissimasque injurias ac contumelias expertus fuerat, revenisset, in nullius alterius fidem atque auctoritatem, quam Sacræ Regiæ Majestatis ac regni Poloniæ se contulerit, ut in quam jam ante universa Livonia, quum gravissimo bello a Moscho premeretur, omnium aliorum ope atque auxilio destituta, tanquam ad certum salutis portum confugisset, et a cujus corpore atque publico consensu . . . . eam quoque partem, quam ipse possidebat, minime avelli potuisse sciebat. Itaque et jusjurandum Sacræ Regiæ Majestati præstitit, ut non se modo, sed Dominationes quoque Vestras,

quæ quum illi subjecta essent, ac pro domino suo illum agnoscerent, non poterant alterius, quam cui ipse fidem dedisset, majestatem ac imperium colere, sacramenti religione obstringeret, ab eoque tempore nullius, quam Regiæ Majestatis solius auctoritatem imperiumque agnovit, utque certis legibus ac conditionibus earum, quas teneret, arcium possessio sibi a Regia Majestate conferretur, diligentissime egit, proque vasallo subditoque regio semper se gessit. Etsi autem solemnitas homagii ad comitia rejecta fuerit, nec in iis etiam propterea quod ipse, quid constitutum erat, non venisset, perfecta; minime tamen dubium erat, beneficiario jure ac iis legibus earum arcium possessionem ab illo teneri, quibus tam in hoc regno, quam cæteris fere omnibus, ab aliis quoque principibus ejus generis ditiones tenentur, ut utile quidem dominium penes illum, posterosque illius masculos, directum vero, supremaque auctoritas, ac imperii jus penes Regiam Majestatem esset, ad quam, sine masculis hæredibus illo defuncto, utile quoque dominium publico jure communibusque feudorum legibus rediret. Itaque quum in eum casum divina voluntate res jam devenerit, ut sine liberis masculis ex hac vita ille decesserit, etsi officio suo minime Dominationes Vestras defuturas locumtenens sibi persuadeat; pro Regiæ Majestatis tamen erga Dominationes Vestras ac universam hanc provinciam clementissima propensione, suique muneris ratione, monendas Dominationes Vestras existimavit, ut, quoniam decedente beneficiario, [superiori] domino directi dominii jure atque imperio sibi locus apud Dominationes Vestras esset, ei quoque fidem suam, ut ante jam, vivente principe suo, tanquam superiori domino debebant, denuo tamen jurisjurandi nexu pro more [sese] obstringerent. Quod ut pro sua in colenda fide constantia, sine ulla tergiversatione Dominationes Vestras facturas minime Illustrissimus Dominus locum tenens dubitat, ita vicissim ille omnem clementiam propensionemque regiam, Regiæ Majestatis nomine, Dominationibus Vestris polliceri me jussit, confirmareque, Majestatem Regiam pro immediatis posthac subditis, eoque loco Dominationes Vestras habituram, quo qui ipsius tutelæ ac imperio a Deo commissi essent, alios subditos suos, reliquosque provinciæ hujus incolas haberet, nec minorem eorum commodis atque ornamentis, quam cæterorum civium suorum curam impensuram, cujus perpetuæ voluntatis suæ, eo justiorem in ea provincia haberet causam, quod quum a gravissima tyrannide illam vindicando maximam apud omnes, non minus humanitatis, quam fortitudinis laudem adeptam se videat, tum demum immortalem ac solidam futuram eam arbitratur; stabiliretque, ut quum nulla vi provinciæ ejus salus posthac convelli labefactarique possit, ad omnem perpetuitatem laboris hujus sui fructus, in animis oculisque hominum versarentur. Ad quam rem, quum per se ipsa Sacra Regia Majestas propensissima sit, tum etiam Illustrissimus Dominus locum tenens, si hac in re suo muneri fideique, de quo minime dubitat, Dominationes Vestræ non defuerint, ipse quoque pro suo munere operam se daturum Dominationibus Vestris pollicetur, ut ad eam sua Majestas in ornandis tuendisque Dominationibus Vestris clementiam, non exiguum ipse etiam cumulum commendatione sua, rebusque eorum promovendis, addat, ut suum quoque erga Dominationes Vestras egregium studium atque benevolentia constare possit.

Quæ quum dixerit, quæ ab illis contra proponentur, intelliget, ac si Daniæ regis, sacra-

mentique, quo obstricti illi sint, mentionem forte fecerint, non tamen nostro nomine, aut quod ea de re a Nobis quidquam in mandato habeat, sed potius ut Domini locum tenentis judicio id facere videatur, eis respondebit: non obscuram esse inter Regiam Majestatem et Serenissimum Daniæ regem necessitudinem, eandemque multis benevolentiæ ac amoris plenis literis ac legationibus testatam; minime ut expectandum sit, in tam certo indubitatoque jure Serenissimum Daniæ regem Regiam Majestatem turbatam velle. Quod si ipsi ad opem illius aliquando confugissent, quum dux Magnus apud Moschum versaretur, in Polonia vero interregna essent, magis absentiæ Illustritatis causa id factum, ut quos ipse Magnus, Moschi fraudibus irretitus, tueri non posset, in iis defendendis, tanquam vicarias fratris partes, honoris et necessitudinis cum illo causa, Serenissimo Daniæ regi deferrent. Alia enim ratione si id fecissent, eorum fidem, quam et regibus Poloniæ, et ipsi duci Magno, communi denique patriæ suæ Livoniæ deberent, defecisse visum iri, quod ut a gravitate eorum remotissimum Dominus locum tenens existimaret, ita nunquam etiam in mentem illis venisse interpretari. Jam vero honorarium illud Serenissimi Daniæ regis auxilium et patrocinium sua sponte cessare, quum reverso a Moscho duce Magno, in ejus jus potestatemque recidissent, nec posse amplius eo illos teneri, quod ad tempus susceptum esset, qui jam ab initio, una cum universa Livonia, ac deinde sub persona principis sui, tanquam postliminio reversi, iterum peculiariter etiam in fidem et ditionem Regiæ Majestatis venissent, eidemque tanquam vero et perpetuo Domino se subjecissent. Itaque quemadmodum ejus gentis homines deceret, quæ in colenda fide præ cæteris constantiæ laudem hactenus tueretur, hortari se illos, ne, quam semel Regiæ Majestati fidem deberent, eam ulla ratione in dubium vocare, aut ipsi scrupulum aliquem, ubi nullus esset, objicere sibi vellent. Inde si de possessione, juriumque suorum confirmatione egerint, dicet, Dominum locum tenentem, Regiam Majestatem possessiones privatas, jura, et quicquid cum æquitate publicaque provinciæ ejus salute atque stabilitate conjunctum petierint, facturam, confirmaturamque, dubitare minime, idque suo etiam nomine illis promittere. Quod si scripto quoque cavere sibi eo nomine voluerint, atque sacramentum præstent, iisdem plane verbis literas perscribi curarent. Si vero nec hisce satisfieri posse ipsis viderit, utque sacramentum præstent, adduci, sed ampliorem declarationem ab illis requiri, eam illis rationem proponet, ut Dominum locum tenentem nuntium suum, qui illi videbitur, ad Nos missurum dicat, qui, ut quæ a Nobis petierint, illis concedamus, studium suum interpositurus sit. Idem et ipsi quoque faciant, suosque internuntios ad Nos mittant. Hæc omni studio atque fide locum tenens noster administrabit, maxime per eos autem, quos illi præfinivimus, gradus ita progredietur, ut nulla in re a præscripto a Nobis discedendum esse sibi existimet.

LXXXVIII.

Litera fidei ad nobilitatem Curonensem.

Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Universis et singulis, Generosis et Nobilibus in territorio castrorum nostrorum feudalium, feudi Illustrissimi Domini Magni, Holsatiæ ducis, consistentibus, fideli-

bus Nobis dilectis gratiam nostram regiam. Generosi, Nobiles, Fideles Nobis dilecti. Quum de adversa valetudine Illustris principis, ac Domini Magni, Holsatiæ etc. ducis, intellexissemus, in eum casum, si quid, quod tamen nollemus, humanitus illi contigerit, ad Illustrem et Reverendum in Christo Patrem, sincere Nobis dilectum, Georgium Radzivil, episcopum Vilnensem, et in Livonia locum tenentem nostrum, mandata quædam misimus, quæ ad Fidelitatum Vestrarum commoda, totiusque provinciæ ejus tranquillitatem stabilitatemque, tum supremi quoque dominii nostri jus pertinerent, utque ea vel ipse, vel per internuntios suos, Fidelitatibus Vestris proponeret, hortati eum sumus. Itaque ut in iis rebus fidem ei adhibeant, Fidelitates Vestras hortamur. Cracoviæ, die 23 aprilis, anno 1583.

LXXXIX. Stephanus Rex.

Lettera di Bolognetto vescovo di Massa al cardinale Savello.

Annales Eccl. Theineri, t. III. p. 727.

Bolognetto donosi w tym liście kardynałowi Savello o heretykach Włoskich bawiących w Polsce. Z nich na pierwsze wspomnienie zasłużył doktor królewski Bucella, który, jak powiada nuncyusz, nie wiadomo do jakiej sekty należy. Nie bywa na nabożeństwie heretyckiem w Brogu, a jeżeli przyjdzie na kazanie miane dla króla, to dla tego tylko żeby potem sofistycznie przekręcał i tłumaczył wyrazy kaznodziei. Drukuje książki heretyckie, i cichaczem do Włoch posyła. Dla tego podobno odszczepił się od Kościoła, że w akademii Padwańskiej po śmierci Falopiusza, Acquapendente przed nim katedrę anatomii otrzymał. Król sam go katechizuje, ale dotąd mała nadzieja jego nawrócenia.

Drugi Włoch heretyk w służbie króla będący, jest Michał Bruto, który zapozwany przed sąd Inkwizycyi w Wenecyi, umknął i tu się schronił. Zajęty jest pisaniem historyi Jana Zapolskiego, króla Węgierskiego, i dla tego w wielkiem zostaje u króla zachowaniu. Za nuncyatury mego poprzednika okazał chęć nawrócenia się i sekretnie błędów się odprzysiągł, a że jest wywłoką z klasztoru kanoników regularnych, zażądał uwolnienia od ślubów, z pozwoleniem noszenia sukni świeckiego xiędza, na co gdy zezwolono, ani słyszeć nie chciał o publicznem nawróceniu.

Trzecim heretykiem Włoskim w służbie króla jest doktor Szymon Simonio z Lukki, który naprzód był na dworze cesarza, potem elektora Saskiego, a nakoniec od niejakiego czasu przyjął służbę u króla Polskiego. Wydał niedawno komentarz nad jednem z pism Arystotelesa, de sensu et sensibilibus, gdzie ni ztąd ni zowąd powstał na przenajświętszy sakrament, w wyrazach pełnych zgrozy i największej pogardy.

Pomiędzy heretykami Włoskimi, nie będącymi w służbie króla, pierwsze bez wątpienia miejsce zajmuje Prosper Provana, dla tego że pochodzi ze znamienitego rodu i posiada ogromny majątek. W domu jego, z którego nigdy nie wychodzi, bo choruje na podagrę, zbierają się heretycy Włoscy, Bruto, Soccino i inni. Jego synowiec katolik jest paziem królowej. O nawróceniu tego obłąkanego człowieka jest niejaka nadzieja, bo i córkę wydał za katolika, i obiecał posłać synów do Włoch, żeby tam byli wychowani w wie-

Drukuje — Drukiem

rze katolickiej.

Co do sławy z nauki, pierwszym jest Faustyn Soccino, za uczonego miany przynajmniej między swoimi. Do tego o nim mniemania przyczynia się naturalna bladość twarzy i przybrany ubiór więcej niż skromny, prawie ubogi, z tonem mówienia pełnym pokory i słodyczy: co wszystko sprawuje że go nazywają aniołem od Boga zesłanym. Za swą słodyczą wielu balamuci i zwodzi, a choć jest Arianem, zgromadzają się w domu jego ludzie innych sekt, nawet i żydzi

Bovio rodem z Bononii utrzymuje, że zstąpi z nieba nowa Jerozolima gdzieś w Arabii szczęśliwej, w co także uwierzył Postalvani z Chiavenny. Ten był naprzód Kalwinem i chodził do Brogu, potem Arianem, nakoniec został zwolennikiem Bowiusza. Są oprócz tych inni mniejszej wagi, jako to Alciati z Medyolańskiego, który się ma za bardzo rozumnego, kilku kupców i rzemieślników tu w Krakowie.

W Brogu krakowskim kasztelan Trocki i inni Litwini powadzili się z Kalwinami Małej Polski o sposób obchodzenia wieczerzy pańskiej. Dałby Bóg żeby z tego sporu przyszło do większego rozerwania, i żeby się skończyło na zupełnem wykorzenieniu tej zarazy. Ale i między samymi Litwinami nie lepsza panuje zgoda, jak się okazało na ich zjeździe w jednym z majątków wojewody Wileńskiego, zkąd, gdy się nie mogli zgodzić o to, czem był Chrystus, rozjechali się w największem poróżnieniu. Di Cracovia li 23 aprile 1583.

XC.

Dépêche de l'ambassadeur de France au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu, Mss. St Vict. 1091.

Sire. Votre Majesté aura entendu par ma dernière du 9 du présent auquel état est maintenant l'affaire de l'ambassadeur de Pologne. Depuis ces Seigneurs ont eu avis de Levant par leur baille que le Grand Seigneur lui avait parlé de ce fait disant qu'il était averti que le pape avait envoyé en Pologne pour poursuivre une ligue contre lui, et solliciter le Moscovite d'y entrer, et qu'il savait bien que le principal fondement de ce traité se faisait sur ces Seigneurs, trouvant fort mauvais qu'ils en voulussent être ministres. Ledit baille leur écrit que le Grand Seigneur s'en est mis en telle colère contre lui, que l'on a tenu a Constantinople qu'il avait été arrêté prisonnier par son commandement, et qu'il lui dit davantage qu'il connaissait bien aux provisions extraordinaires que faisaient ces Seigneurs en Candie qu'il en était quelque chose, tellement qu'ils en ont été fort étonnés. Ils ont dit cette nouvelle aux autres ambassadeurs qui sont ici, et s'en sont cachés de moi, ce qui me fait voir qu'ils ont opinion que cela soit venu de Votre Majesté, tant y a que cela les empêchera bien à mon avis de plus parler de cette ambassade, encore que, à ce que l'on publie ici, ils en soient maintenant recherchés par le Batori, mais la crainte qu'ils ont du côté de Levant augmente tellement qu'ils prendront bien garde de s'attacher à aucun escrime s'ils pensent que cela puisse offenser le Grand Seigneur. Venise 23 avril 1583.

XCI.

Supplex libellus Friderici Aulachi.

90 80 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Załuski 255.

Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime. Meminisse Sacram Regiam

Majestatem arbitror, quum proximo supplici libello profiterer me, si ita Ei videretur, documenta necessaria, quibus fides adstrueretur iis, quæ vel publice nomine legatorum nobilitatis Prussiæ de scripto mandato ipsorum ad Sacram Regiam Majestatem Vestram a me et consortibus datis, vel querelis nostris Eidem per me humiliter exhibitis continerentur, aut ipsi Regiæ Majestati Vestræ, aut quibus id negotii daret, prolaturum, spem mihi feciſse eandem, accepto responso Illustriſſimi principis mei ad querelas nostras, me etiam auditum iri. Quam primum vero responsum id redditum eſse Sacræ Regiæ Majestati cognovi, admonui coram reverenter Illustrem et Magnificum Dominum cancellarium, ut mei æqua ratio haberetur; verum Illustris Magnificentia ejus et absentiam et summas occupationes Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ suasque causata est, et dum remiſsio aliqua a negotiorum multitudine daretur, patienter expectare ac sperare me juſsit, futurum, ut Regia Majestas Vestra, re cum consiliariis deliberata, et tam recentibus, quam veteribus pactis inspectis in hac causa, quod æquum est statueret. Idem quum vel per libellum, vel per alios, præsertim post adventum legatorum Illustriſsimi principis mei, Illustris Magnificentia ejus super ea re a me commonefieret, et ne quid inaudito me decerneret, studiose rogaretur, responsum est, quum per molem negotiorum liceret, nihil præcipitanter acturam in eo Sacram Regiam Majestatem Vestram. Jam vero nulla mihi mora vel longior, quam hac trium fere mensium, tam molesta est, vel eſse debet, ut non et libenter et merito quum commodum Sacræ Regiæ Majestati Vestræ videbitur, expectandum mihi censeam. Sed nec responsum Illustriſsimi principis nostri mihi redditum est, et legatos ejus propediem diſcesſuros audio, et consiliarii Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ dilapsi sunt. Quæ me res non parum perturbat, et in patria, meisque negotiis sollicitum habet, equidem id certe mihi persuadeo, Sacram Regiam Majestatem Vestram nihil nisi summo consilio prudentia et æquitate agere..... Satis superque a nobis et sigillatim et conjunctim demiſse rogata [est] Illustris Celsitudo ejus, ne quid vi adversus nos attentaret, sed jure contenta eſset: non defugere nos judicium parium curiæ secundum pacta et leges, si excusationi nostræ locum non daret, aut nos in noxa eſse arbitretur. Nihil responsum quidem est, sed variis modis de nobis etiam in peregrina jurisdictione episcopatus Varmiensis, ubi sub salvo conductu viximus, quocunque modo opprimendis agitatum est, et in hoc proposito perseverare eam adhuc animadverto. Nec profuit nobis nuper admodum vicinorum nostrorum intercesſio[X]..... Jam quid amplius a nobis jure desiderari poſsit, non video; quapropter ad extrema remedia a pactis et æquitate non aliena necesſario nobis descendendum est. Quum igitur Lublinensi privilegio, aut transactione, manifesto caveatur, quando dux ipse Prussiæ, nullo jure, sed manifesta et evidenti violentia, aliquem ex nobilitate, vel in corpore, vel in honore, vel in bonis et facultatibus suis enormiter lædit, nec ullum ei jus administrare, nec causam ejus legitimam cognitioni juxta pacta permittere vult; judicium eſse ea de re Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, protestati sumus. Si de nostra causa cognosci a judicibus nostris, nempe paribus curiæ, non pateretur, innoxios nos eſse velle; si negotium hoc ad Sacram Regiam Majestatem Vestram, tanquam ad superiorem dominum, referremus, hac via, tanquam sacra anchora, nobis utendum eſse videmus. Quoniam vero leges vetant patr~~imonium~~onum a libertino sine venia judicis, et

[X] nec confeſsio, ipsorum mandato, nostra sponte in conventu Ducatus ejus a nobis acta omnia.

nonnisi salva reverentia in jus vocari, et in jure feudi patrono [superior dominus], vasallus autem libertino in hoc casu sibi æqui parentur; merito veniam eam tunc etiam concedendam esse, et nobis citationem decerni a Sacra Regia Majestate Vestra, nisi Ea commissariis hanc causam delegare malit, meo et consortium meorum nomine perquam humiliter peto. Et quidem laedi nos in honore, tum rescriptum Illustris Celsitudinis ejus nuper in omnes præfecturas emissum, cujus publicationi nonnullis in locis ipsa ad terrorem inculcandum interfuit, tum id aperte indicat, quod reliquos Dominos nostros collegas, qui partim conscribendis, partim signandis literis ad Sacram Regiam Majestatem Vestram operam suam contulerant, quum soli absque nobis comparuissent, eos nobiscum propter missas eas literas contra juramentum, quo ipsi obstricti essent, tanquam perjuros egisse, et dignos esse, qui honore, corpore, vita, fortunis denique omnibus mulctarentur. Quæ sententia contra nostram absentiam, cum reservatione tamen, tum executioni mandata non est. In certo vero periculo vitæ et fortunarum nos versari ita passim constat, ut ne adversarii quidem id pernegare audeant, et ne hic quidem per omnia ab insidiis eorum tutum me esse videam. Hæc nostra humillima petitio, quum necessitate nobis expressa, et paci, juri et æquitati sit consentanea, facileque appareat, quod Illustrissima Celsitudo ejus legitimum judicem detrectet, nos vero ultro id expetimus, non diffidere nos innocentiæ nostræ. Dubium mihi non est, Sacram Regiam Majestatem Vestram, sacrosanctæ justitiæ supremum vindicem, pro regio suo munere demissis nostris precibus acquieturam. Quod vicissim debitis, et humillimis servitiis nostris promereri summo conatu, et contentione animi studebimus.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ humillimus et deditissimus subditus

XCII. Fridericus Aulach.

Supplex libellus Eilenburgi, Aulachi et Dhelani e ducatu Prussiæ.

90 57 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps et Domine, Domine longe clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ humillima servitia nostra paratissimis animis supplices offerimus.

Magna atque etiam certa in spe fuimus, Serenissime Rex, Prussiæ ducalis universi et singuli, postquam Regiam Majestatem Vestram per literas certiorem fecere legati equestris ordinis de statu patriæ suæ, futurum, ut Ea incommodis omnibus, quæ gubernatio Illustrissimi principis, Domini nostri marchionis, per exteros administrata invexerat, pro summa sua vereque regia prudentia, et erga omnes ipsi, regnoque subjectos propensione, quamprimum mederetur, miseriisque nostris publice et privatim in dies magis magisque augescentibus, finem aliquando imponeret. Sed elusit hactenus spes nostras indefessa Illustrissimi Principis nostri industria, qui nullis pepercit sumptibus, nullum etiam incassum apud Sacram Regiam Majestatem Vestram præsertim movit lapidem, ut Ea cognitionem hujus tam gravis controversiæ inter principem et populum non temere exortæ suspenderet, vel potius plane intermitteret, aut etiam prorsus ipsi nos, causa indicta, in servitutem adduceret, et vitæ necisque, ac fortunarum potestatem in nos omnes arbitrio ipsius permitteret. His molitionibus obviam ire, nec publice Ordinibus ducatus, nec privato cuiquam integrum fuit: quod Ordinibus etiam in extremo periculo rei publicæ nonnisi a principe convocatis convenire liceat,

et conventu nuper tam repente praeter spem omnem dissipato, nemo ad eam rem consilio electus, omniumque mentes ita attonitae ac metu debilitatae essent, ut, tametsi uterque ordo nobilium et oppidanorum, mussitantibus consiliariis, communi consensu provocationem ad Sacram Regiam Majestatem Vestram, Ordinesque regni ..... decreverat, vix nuntii nobilitatis tantum sibi animorum resumpserint, ut eam, quae a duobus ordinibus concepta erat formula appellationis, ad Sacram Regiam Majestatem Vestram, Ordinesque regni, suo nomine consiliariis Prussicis, Illustrissimo principi offerendam, mittere non dubitarent. Quibus de rebus quum Regiam Majestatem Vestram necessario commonefaciendam, et auxilium ejus sibi implorandum existimarent, ad eam rem expediendam, quod commorationem suam longiorem periculo non vacare perspicerent, quatuor e suorum numero id negotii dedere, relicto ipsis mandato scripto, ac sigillis suis obsignato, idque ea ratione, ut, dum ducatus nobilitas ex baronibus et equitibus constet, et ipse ducatus non ita vetusta partitione in tres distinguatur circulos, vel regiones, aut tractus, qualem unum in regno continet palatinatus, palatinus nomine baronum, unus equitum vero pro numero circulorum, singulis conscribendis, signandis et mittendis in literis ad Regiam Majestatem Vestram deputarentur. Haec paucitas ..... causam praebuit Sacrae Regiae Majestati Vestrae, ut dubiam se ancipitemque rescriberet, an litera illa consensu atque voluntate unanimi accedente totius nobilitatis ducatus Prussia essent perscripta. Ex eorum numero tres nos sumus, nam quarto rerum omnium ignaro sistenti sese, absentia nostra tum temporis saluti fuit, qui evocati ab Illustrissimo principe, multis atque iis evidentibus indiciis admoniti, corpora nostra certo subtraximus periculo, idque non sine nobis salutari providentia divina, ut res ipsa indicat. Etsi vero jamdudum causis gravibus adducti, singuli primum, deinde omnes conjunctim secessum nostrum purgavimus, ac si quid praeter ea, quae publico nomine de mandato reliquorum gessimus, a nobis gravius admissum esset, non refugere nos judicium competens professi sumus; nullo tamen nos responso dignata est Illustrissima Celsitudo ejus. Itaque extorres, uxoribus, liberis, domo, patriaque tota carere cogimur, ac nisi nostri misertus Reverendissimus Dominus episcopus Varmiensis, cui immortalem gratitudinem debemus, in sua ditione receptum dedisset, quem nobis etiam praecludere conata est Celsitudo ejus, locus in propinquo nullus esset, in quo tuto figere pedem possemus. Nam quanto conatu, ac nobis quocunque modo opprimendis agatur quotidie, a multis multa ad nos perferuntur. Quae causa est, cur ad Sacram Regiam Majestatem Vestram confugere, et totos nos in tanto honoris, vitae et fortunarum discrimine, tutelae ejus dedere, nobis quam maxime sit necesse. Jam privata miseria nostra, quarum finem nullum, si a Regia Majestate Vestra destituamur; videmus, nos ad publica incommoda respicere vix sinunt, de quibus ut publico nomine aliquid agamus, mandatum nobis nihil est, nisi quatenus, quod publice omnium interest, etiam privatim quemque nostrum attingere videtur, ut in popularibus causis, de privilegiis et libertatibus publicis cuilibet de populo popularis actio, hoc respectu non facile sit deneganda, praesertim quum propter publica negotia ad has angustias redacti simus. Nobis itaque, si ea, quae quam proxime nos angunt, respiciamus, incolumitas sua permagna, si patriae charitatem consideremus, quae reliqua omnia merito anteit, salus publica summa cura esse debet. Et quidem ad nos quod attinet, si quid scelerate, nefarie, seditiose a nobis commissum est, non recusamus

judicium, nec convicti veniam ullam petimus, aut supplicium quantumvis horrendum deprecamur, ita tamen, ut legitimi, neque suspecti sint judices, neque iidem simul accusatores, neve ab executione judicii fiat initium, aut ex vinculis causa sit dicenda, si modo et hoc libere atque ordine liceat, ac non potius terrores, tormenta, carnifex, cruciatus denique adhibeantur. Sin nihil tale ne in mentem quidem nobis venit, sed omnia nostra consilia, omnesque actiones in unicum hunc scopum collinearunt, ut, salvis legibus, privilegiis ac libertatibus nostris, sua etiam constaret Illustrissimo principi nostro dignitas et prærogativa, idque tam nostra sponte fecimus, ut in rebus honestis, æquis et concessis a viris bonis, principi pariter ac patriæ addictis, fieri decet, quam jussu et mandato vicinorum, quorum nomine conventui interfuimus, tum collegarum nostrorum, quod supra nominavimus: plane nobis persuademus Sacram Regiam Majestatem Vestram, pro regio suo munere, non passuram, ut inde nobis creetur periculum, et extrema quæque intendantur, unde Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ gratiam, et laudem omnium promereri nos æquum erat. Nam ideo nos exterorum pravis consiliis tam vehementer impeti, quod nostra opera, tametsi de reliquorum mandato, litera, quibus de appellatione interposita Sacra Regia Majestas Vestra certior fieret, signata sigillis nostris omnium, atque conscripta, et ad Sacram Regiam Majestatem Vestram perferenda curata sunt, nemini, ut in re aperta, dubium esse potest, vel debet. Quod ut nunc planum faciamus, aut alia etiam ad causam nostram publicamque pertinentia pluribus commemoremus, superfluum arbitramur; quando summa necessitate adducti, ne omnes cum incommodo nostro, et nullo fructu proficisceremur, unum ex nostris ablegandum esse duximus, qui, si opus esset, quæ hic desunt, abunde narratione sua suppleat, et omnia communi nostrorum nomine procuret. In publicis rebus sollicitos, nos certe amor patriæ tenet, quorsum hæc inter Illustrissimum principem et Ordines propter exteram gubernationem, quæ præcipua ac pene sola est controversia, enata dissensio evadat, et spes fuit, missuram Sacram Regiam Majestatem Vestram, Ordinesque regni de numero suorum spectatos viros, qui explorarent, an hæc paucorum hominum, ut passim adversarii parum sincere vulgarunt, vel omnium ordinum esset querimonia, quique dissidium hoc ex æquo et bono componerent. Quod si factum fuisset, non versaretur hoc tempore Respublica, nosque adeo ipsi in his difficultatibus. Nobilitas quidem ducatus Prussiæ, totam ejus rei curam ut Sacra Regia Majestas Vestra in se reciperet, neque expectaret, ut iterum admoneretur, jam dudum ab Ea obnixe demissis precibus petiit. Ut publico nomine aliquid a nobis geri, nec conveniat, nec sit necesse, nostro vero indecorum et ineptum, quasi nobis tantum arrogemus, ut, quod totius provinciæ causa non factum esset, eo a nobis permoveri posse Sacram Regiam Majestatem Vestram stulte [nobis] persuadeamus. Ad nos ipsos igitur ut revertamur; Sacram Regiam Majestatem Vestram perquam humiliter, majoremque in modum rogamus et obsecramus, ut Ea innocentiæ nostræ præsidio esse clementissime dignetur, neque patiatur, nos inimicorum nostrorum injuriis diutius esse expositos. Illustrissimum principem nostrum non insimulamus, sed eos, quorum consiliis [in] transversum abripitur, exteros consiliarios. Eorum judicio cur nos non subjiciamus, facile apparet, ad quos vero secundum pacta et leges cognitio pertinet..... quum omnes passim Prussi exteris ac ipsorum principi etiam sint jam dudum suspecti, vix est,

quod speramus, eorum judicio causam hanc permissum iri. Quapropter cui dijudicatio hujus rei committenda sit, in arbitrio Sacrae Regiae Majestatis Vestrae merito positum est. Nobis certe nihil optatius contingere posset, quam si absque ulla mora haec de nobis nostraque innocentia cognitio fiat. Ut vero interea a vi et insidiis inimicorum nostrorum tutis nobis esse liceat, quod appelationis beneficium nobis praestare non potuit, ut id Sacra Regia Majestatis Vestra gratia obtinere liceat, iterum atque iterum a Sacra Regia Majestate Vestra quanto possumus studio demisse petimus. Cui vicissim quam debemus animi gratitudinem, et humillima paratissimaque servitia perpetuo pollicemur. Eamque quam diutissime optimeque valere, ac rebus omnibus florentem esse ex animo optamus.

XCIII. 90 57b

Petitio Friderici Aulachi suo et reliquorum exulum nomine.

Petitur quidem a Sacra Regia Majestate Vestra in proximo supplici libello, ut nobis exulibus cautionem securitatis clementissime impertiatur, et Illustrissimum ducem Prussiae in jus vocare permittat, quum haec causa secundum transactionem Lublinensem, quod nullum princeps exulibus nobis jus administrare, vel judicio parium curiae secundum pacta eam causam committere voluit, ad cognitionem Sacrae Regiae Majestatis devoluta sit, quae [quum] suae etiam superioritatis regiae non immerito rationem habeat, vel inconsultum vel intempestivum petitur, ut literae dentur ad principem, quibus Celsitudo ejus fiat certior, nos exules questos esse, quod propter publica negotia in conventu agitata, praecipue vero quod nos de reliquorum legatorum nobilitatis mandato, Sacram Regiam Majestatem certiorem fecimus de rebus in conventu actis, et appellatione interposita, tutis nobis in ducatu esse non licet. Nos quidem judicio parium curiae secundum pacta nos obtulisse, sed ne responsum quidem ad haec obtinuisse; petiisse igitur, ut Sacra Regia Majestas secundum privilegium Lublinense ea de re cognosceret, Sacram Regiam Majestatem vero malle, Illustrissimum principem nobiscum super ea re clementer transigere; postulare igitur, ut, si videatur, lenitate erga nos utatur, et eas ineat rationes, ne jure disceptandum sit, sed animi utrinque reconcilientur, a quo, si nobis modo securitas concedatur, nos [non] abhorrere animadverterit. Si vero existimet Celsitudo ejus nos in culpa esse, nec prior ratio placeat, ut causam eam judicio parium curiae permittat, ne, Majestate Regia iterum a nobis de non administrata justitia interpellata, pro regii sui muneris officio, et vigore privilegii Lublinensis [Majestas Regia] super eo cognoscere necesse habeat. Posset admonitio addi, ut Celsitudo ejus clementer agat cum subditis suis, privilegia publica et privata observet, nemini propter publica negotia in conventu tractata negotium facessat, et Ordinibus, si se gravari existiment, appellationem permittat, ne quemquam eo nomine persequatur, quum ea in re violetur auctoritas Sacrae Regiae Majestatis (1).

XCIII. (1) Wszystkie te supliki bez daty, podali obywatele Prus xiążęcych królowi przed datą następnego listu króla do xięcia Pruskiego; dla tego tu zostały umieszczone.

XCIV.

A Stephano rege Poloniæ ad ducem in Prussia.

90 52 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris princeps, Domine affinis noster charissime. Venerunt iterum ad Nos ex iis, qui ante etiam Ordinum nomine quædam ad Nos retulerunt. Eorum supplicem libellum, pro nostra cum Illustritate Vestra necessitudine, ac eo quod facturos Nos jam ante Illustritati Vestræ estendimus, priusquam responsum illis daremus, ad Illustritatem Vestram mittendum duximus. Postulamus autem ab ea, ut quamprimum directe aliquid ad illa Nobis respondeat, quum pro sua prudentia Illustritas intelligat, ad extremum, ut maxime velimus, muneris tamen nostri ratione, atque ex hujus Reipublicæ instituto, sine responso æquitati, atque Reipublicæ hujus institutis convenienti prorsus eos dimittere Nos non posse. Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Cracoviæ, 25 aprilis, anno 1583.

XCV.

Antonius Possevinus ad Dominum cancellarium.

90 53 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Illustrissime Domine. Quæ Serenissimo regi scribo, ea faciunt, ut brevior sit hæc epistola, quam alioquin esset. Reperi hic Dominationis Vestræ Illustrissimæ omnes, quas ex Tartarica expeditione mihi scribebat, [quæ] dedere occasionem, ut testatiorem facerem veritatem, quemadmodum ex iis, quæ scribo ad Regiam Majestatem, facile cognoscet. Joannes Vaiss Polonus, qui apud Cæsarem agit, sua per me desideria de suis rebus Vestræ Dominationi Illustrissimæ commendat. Senectus, fides catholica, diuturnum exilium, ratio suorum, acuti satis erunt stimuli ad benignitatem regiam excitandam, ut sapienter exitus rei istius inveniatur, et si quid durius esset, id gratia emollescat. De Illustrissimo Domino Andrea, quum Serenissimo regi videretur sibi esse gratum, si in Italia essem, quo ille tempore eodem esset iturus, cogitabam: quando forsan negotia hæc, quæ pro manibus habeo, non essent decidenda, fieri posse, ut Illustrissimus Dominus Andreas Mediolanum recta proficisceretur, ibi ad septembrem usque subsisteret, quo mense spero, et hoc negotium cum Cæsare, et quædam alia possint Deo aspirante absolvi. Proponat hæc Dominus meus Regiæ Majestati obsecro, de meque, quicquid de fidelissimo servitore concipi opinionis potest, post id ad ipsorum servitia secure sibi polliceantur. Adsit Deus nuptiis et sponsæ. Posonii, die 27 aprilis, anno 1583.

XCVI.

Fridericus rex Daniæ Stephano regi Poloniæ.

90 54 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Serenissime princeps, amice, vicine et frater charissime. Fide dignorum hominum relatu accepimus Illustrem Dominum principem, Dominum Magnum, hæredem Norvegiæ, ducem Slesvici, Holsatiæ etc, administratorem episcopatus Curlandiæ, etc., aliquot mensibus gravissime conflictatum morbo adeo letaliter decumbere, ut recuperandæ nunc tandem sanitatis pristinæ spes sublata prorsus censeatur universa. Intercedit quidem Nobis, fatemur, cum illius Illustritate communium parentum, ejusdem sanguinis, ac quo nullum a natura arctius in vita datur, germanæ fraternitatis vinculum; sed quum ipsius Illustritas a multis jam annis vitæ cursum tenuit, qui a majorum nostrorum institutis, animoque nostro fuit, et adhuc

longe est alienissimus, a quo licet summa fide fraterna, serio sedulogue per Nos monitus, revocari tamen non potuit. Quare tandem, ut, dum in vivis erit, nihil cum Illustritate ejus commune habere prorsus constituerimus: idque in causa est, quod nunc etiam vel literis, vel nuntiis eundem invisere supersedeamus, hoc solum, quod pietatis officium requirit, toto pectore optantes, ut, ubi Deo Opt. Max. visum erit ipsius Illustritatem ex hac vita evocare, placidam et salutarem in vera fide, ac invocatione filii sui, migrationem clementer ei largiri dignetur.

Caterum, ad episcopatum istum Curlandiæ quod attinet, quoniam is [ratione] directi dominii a multis seculis ad regnum nostrum Daniæ pertinet, utile vero ejusdem dominium, quod præfatus dux Magnus, frater noster, spectabili pecuniæ summa emptum hactenus possedit, si quid ipsius Illustritati, ejus denique legitimis successoribus humanitus accideret, ad Nos per successionem hæreditariam immediate devolveretur (?): allegavimus itaque præsentem nobilem aulicum nostrum, fidelem Nobis dilectum, Matheum Budden, cum mandatis, ut de statu rerum omnium, tam ad personam dicti ducis Magni, quam episcopatum, seu provinciam illam pertinentium, sedulo cognoscat, et pro re nata ex præscripto nostro porro jussa nostra exequatur.

Quia vero Serenitatis Vestræ benevolentiam hactenus in omnibus amanter experti sumus, et episcopatus, seu provincia illa majori a Nobis intervallo abest, quam ut satis matire consilio et auxilio nostro subditi, postulante id casu, semper a Nobis juvari queant, eidem mandatario nostro præcipimus, ut, si quid inciderit præter spem, quod moram ad Nos referendi non ferat, in eo ad Serenitatem Vestram nostro nomine recurrat. Dedimusque in hunc finem has ad Serenitatem Vestram ipsi literas nostras, quibus pro eo vicinitatis et amicitiæ jure, quo Serenitati Vestræ Nos nihil non debere officii et benevolentiæ existimamus, Eandem amanter petimus, ut in omnem eventum, et hunc mandatarium nostrum omni consilio juvare, et subditos nostros, ne ab illis vicinis contra jus et æquum molestentur; sibi clementissime commendatos habere velit, donec de rebus omnibus plene ad Nos referri, et ex æquo a Nobis, quid undique facto opus sit, liquido porro constitui ac administrari possit. Petimus hoc ipsum fiducia benevolentiæ Serenitatis erga Nos Vestræ, et vicissim in longe gravioribus, magisque arduis Serenitati Vestræ, quam protectioni Altissimi commendamus, omne studium et officium nostrum amanter ac promptissime offerimus. Data in regia nostra Gronaburgensi, die 29 aprilis, anno Domini 1583.

XCVII. Fridericus Rex
Georgius Fridericus dux in Prussia ad Regiam Majestatem.

90 55 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine et affinis colendissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ officia nostra omni fide et obsequio plenissima deferimus, et præter diuturnam incolumitatem, rerum omnium successus prosperrimos ex animo precamur. Quod Sacra Regia Majestas Vestra, uti clementer coeperat, Friderici Aulachi atque consortium supplicem libellum, ut ad eundem responderemus, nobis communicarit atque transmiserit, magnas Regiæ Majestati Vestræ habemus gratias, neque dubitamus Regiam Majestatem Vestram pro se recordari eorum, quæ non ita pridem de Aulacho atque consortibus rescripsimus, et paulo ante in defensione nostra luculenter exposuimus. Quum igitur res ita sese habeat, nos plane

confidimus, inde Regiam Majestatem Vestram totam controversiam, utriusque partis fundamenta, item qui sit sit Aulachus, et quæ ad hunc libellum supplicem, atque denuo consilia, delationes atque obtrectationes sint respondendæ, abunde cognovisse. Hæc itaque hoc loco brevitatis causa repetita cupimus, summopere obtestantes, ut Regia Majestas Vestra eadem ipsa, prædictorum scriptorum lectione iterata, in memoriam revocare clementer dignetur, unde Regiæ Majestati Vestræ constabit, hunc Aulachum esse ingenio hominem seditionis, dissensionum atque turbarum amantissimum, inprimis vero cupidissimum subditos in magistratum concitandi, secessiones et turbas excitandi, atque hujusmodi generis periculosa Reipublicæ, et tranquillitati perniciosa consilia ac studia agitandi. Hisce enim studiis jam annos aliquot illum incubuisse, adeo ut populares ipsius et cives, priusquam hujus provinciæ administrationem susciperemus, publicis conventibus interdixerint, et ab iis illum plane removerint. Imo constabit, hunc fuisse solum, qui, licet eum singulari clementia prosecuti [simus], modo ut hac ratione nobis devinctum in debito officio eum retineremus, in eum quoque finem, quum ipsius rem angustam domi quoque esse animadverteremus, impense sollicitanti, summam non contemnendam, quæ inter nomina irrita justa cognitione erat relata, ex Erario nostro exsolvi mandaverimus, pro quo beneficio sancte promiserit, se nunquam deinceps contra nos aliquid tentaturum, aut operas suas locaturum; omnibus tamen modis, summo studio laborasit inter nos et subditos nostros dissensiones, simultates, secessiones et odia excitare, obedientiam et morigerorum animos, qui magistratus, tranquillitatis atque salutis publicæ erant amantissimi et studiosissimi, a nobis alienare, et mente conficta in nos concitare. Hunc etiam improbum conatum, et detestandum studium, specie aliqua et prætextu susceptæ defensionis et conservationis privilegiorum provincialium, adstipulantibus nonnullis assectis, non solum est prosecutus, sed etiam nefarie perfecit. Quo facto nobis toto administrationis tempore gubernationem reddidit difficilem, adeo ut hactenus, et nunc quidem possessione harum terrarum potiri non possumus.

Etsi hujus nefarii studii nobis adversandi et reluctandi causam legitimam, quam adducat, non habeat, neque vel alius quispiam nos rei male administratæ revera insimulare poterit, imo potius fateri debeant, modo veritati apud ipsos locus sit, salutem, incolumitatem et commodum harum terrarum summæ nobis fuisse curæ, atque in id unice nos incubuisse; frivola tamen hac arrepta causa, siquidem aliud, quod allegaret, non habeat, nos publice perficta fronte incusare non est veritus, nos contra privilegia hujus provinciæ agere, eo ipso quod una cum Pruthenicorum, aliorum etiam consiliariorum nostrorum, quos nobiscum in hanc provinciam adduximus, et qui annos jam aliquot nobis inservierunt, opera utamur, quum tamen hoc ipsum per allegata ipsorum privilegia nobis non liceri minime doceri, neque demonstrari poterat. Sæpius provincialibus nostris pollicitî sumus, et nunc quidem pollicemur, gubernationem nostram juxta privilegia legitima harum terrarum nos instituturos, Pruthenis etiam dignitates et præposituras, tam in aula, quam extra aulam, præteris concessuros ac collaturos: modo, quum nobis hæc administratio ea conditione tradita [sit]. aut conventis casibus futuris posteritati ægroti principis, et respective Pruthenis rationem reddere debeamus, nobis liberum sit, alios præterea consiliarios nostros, quorum fidem et integritatem jam annos aliquot exploratam habemus, ejusmodi gubernationi

juxta illos adhibere. Nos quoque ulterius provincialibus nostris oblulimus certa formula et conceptis verbis cavere, ne ea res ullo prajudicio vel incommodo successu temporis futura sit. Porro Regia Majestatis Vestra commissarii, quos Regia Majestas Vestra anno 1578 vigore decreti de consilio senatorum destinavit, ut pacificam nobis intromissionem et possessionem hujus provincia ex auctoritate Regia Majestatis Vestra pararent, hanc ipsam controversiam ex mente, sententia et dispositione decreti [hoc] modo definierunt, idque expresse et verbis formalibus declararunt, perceptorum et expensorum rationes soli Illustrissimo Domino marchioni, uti duci et gubernatori, cognitas esse debere, quandoquidem solus etiam erit, qui de eis, juxta privilegium, rationem sit redditurus, ob idque minus videri quatuor consiliarii isti necessarii, quandoquidem res sua agatur. In eandem sententiam permisit praterea Regia Majestas Vestra nobis peculiari diplomate liberam facultatem constituendi regiminis his verbis: „Quod ad gubernationem, rationesque rei domestica seu oeconomica pertinet, qui illi praficî, vel ab ea removeri debeant, Regia Majestas non sinet impedire ea in re Illustritatis ejus arbitrium, quod non dubitat, quin semper cum utilitate ipsius ducatus conjunctum sit."...

Horum tamen omnium nulla penitus habita ratione, homo iste seditiosus et turbulentus, hinc capta occasione, ejusmodi semina dissensionum, et turbarum faces, in animos subditorum nostrorum conjecit, ut proximis comitiis provincialibus, cum iis minime nobis convenire licuerit, neque tranquillitatis vel concordia firma [ratio] constitui potuerit, verum in hunc usque diem ea suspicio de nobis in quorundam animis resideat, ut ex professo arguamur, quod moliamur hanc provinciam privilegiis suis legitimis privare, eamque in coactam servitutem redigere. Qua in re Deum testamur, nobis aperte fieri injuriam. Qua vero sit ratio machinationum, quas hucusque tanto conatu moverunt, neque agi de privilegiis, sed Aulachum una cum iis complicibus aliud quiddam, tam in detrimentum Regia Majestatis Vestra, quam nostra auctoritatis moliri, Regia Majestati Vestra per internuntium nostrum, quem propediem eo sumus missuri, luculenter exponemus: ac denique ut Regia Majestati Vestra constet, hunc Aulachum, qui se procuratorem provincia profitetur, ea omnia, quæ ad Regiam Majestatem Vestram detulit, ab universis provincialibus in mandatis non accepisse, verum propria, et suorum complicium, atque nonnullorum imprudentium, quos vanis suis persuasionibus in suam pertraxit sententiam, auctoritate, temerario ausu de facto suscepisse. Dignabitur Regia Majestas Vestra mandatum hujus sua expeditionis, et a quo potissimum sit mandatum, ab illo exigere.

Secessionem vero illius, et reliquorum supplicantium, quod attinet, res ita se habet: Quum Regia Majestas Vestra superioribus comitiis rescriptum ad universos Ordines hujus ducatus, quo illis obedientiam debitam, non obstante illa provocatione interposita, imperet, cujus nomine amicas habemus gratias, nobis clementer impertiisset, necessarium duximus, priusquam illud rescriptum Ordinibus publicaremus, cum auctoribus et machinatoribus placide seorsim agere, ea spe freti, eos mansuetudine nostra, inprimis autem auctoritate Sacra Regia Majestatis Vestra rescripti commotos iri, ut, abdicato adversandi studio, animum ad frugem et debita obsequia applicarent. Itaque hunc Aulachum, tanquam

coryphaeum, cum suis consortibus revocavimus: primo citationi quum non parerent, secunda citari mandavimus. Hac secunda citatione executa, nulla violentia compulsi, e ducatu nostro profugere. Aulachus praeterea scriptum seditionis et infamiae refertissimum, quo nos et consiliarios nostros plurimis convitiis, calumniis et injuriis, neglecta fide debita, nefarie traduxit, ad nos mittit. Interea quoque temporis, dum in voluntario exilio versatur, subditos nostros, earum praefecturarum, ubi sese alias continebat, assiduis precibus sollicitavit ad suscipiendum patrocinium et partes ipsius peragendas. Quae res eo tendit, ut subditi in nos concitentur, et ad turbas commoveantur.

Etsi legitimis rationibus in eum, ut apertum rebellem, seditiosum calumniatorem, et obtrectatorem legitimi sui magistratus, severius animadvertere nobis licuisset; sincere tamen Regiae Majestati Vestrae affirmamus, nunquam in animum nos hactenus induxisse quicquam asperius in eum statuere, modo comparuisset, et agnito peccato, a nefario suo instituto et petulantia destitisset: quod autem defert, a nobis ad opprimendum ipsi paratas insidias, sunt aperta calumnia; nihil enim ea de re statuimus, multo minus ut a quopiam investigaretur, mandavimus, nisi quod episcopum Varmiensem, ne immorigeris et reluctantibus subditis nostris receptaculum, vel patrocinium praestet, sed eos potius ad obedientiam et debita obsequia cohortaretur, literis nostris compellavimus. Et tuto quidem sese hactenus domui suae continere potuissent, nisi mens conscia mali, et innata ipsius improbitas vanum istum metum illi intulisset, et in exilium eum ultro projecisset. Quum igitur Regia Majestas Vestra, ut prudentissimus, facile intelligat ac judicet, quantum incommodi et periculi in Republica ejusmodi ingenia seditiosa et turbulenta creare possint, quanto etiam magistratui sit periculo ejusmodi homines esse, qui ratione et aequitate [non sunt] ducti, atque ab improbo et petulanti studio desistere omnino denegant, imo non verentur magistratum suum legitimum pro sua libidine quibuscunque obtrectationibus traducere, et calumniis proscindere: in quo genere idem Aulachus multoties a nobis dehortatus, graviter et turpiter in nos saepius commisit, ut nulla penes eum frugi sit spes aliqua. Una quoque Regiae Majestati Vestrae sincere significamus nobis, qui jam annos amplius viginti provinciarum et subditorum imperio potiamur, ejusmodi injuriam et iniquitatem nunquam occurrisse; imo impudens et nefarius ille, apud quem nec honestati, nec aequitati locus est, nos ea petulantia, falsis insimulationibus ac injuriis incessit, ut nemini mirum videatur, si jam pridem, legitima cognitione habita, debito supplicio in eum animadvertissemus.

Quod etiam praeterea apud Regiam Majestatem Vestram nos false detulit, et calumniis traduxit, haud parum nos exercuit, nec sine dolore ad animum revocavimus. Idcirco speramus Regiam Majestatem Vestram arbitraturam, nos haud inique acturos, si huic improbo minus faveamus, et legitimam animadversionem instituerimus. Quo tamen casu Regiae Majestati Vestrae hoc promittimus, nos contra Aulachum, vel ejus consortes, nihil indicta causa de facto illegitima violentia tentaturos, sed quum negotium movere voluerimus, illud legitimo juris ordine prosecuturos esse. Precamur itaque Regiam Majestatem Vestram, ne huic obtrectatori et

falso delatori fidem habeat, verum eundem Aulachum et consortes ejus responso suo ab improbo instituto ad debita obsequia revocet, ut ille cum cæteris Regiæ Majestati Vestræ eam petulantiam et improbitatem nullo modo probari re ipsa comperiat, nos etiam hac ratione aliquando tranquilla et quieta possessione, quam Regia Majestas Vestra nobis clementer promisit, potiri possimus. Nam si res aliter cesserint, maxime autem ubi Aulachus et cæteri turbarum auctores senserint, in aula Regia sibi aliquid præsidii esse reliquum, vel demum aliquid ex voto in præjudicium nostrum, quod tamen etiam minime suspicamur, obtinuerit, non solum ipse in instituto suo et petulantia redderetur obstinatior et confirmaretur, verum etiam reliquis ad idem adversandi studium fenestra aperiretur, et causa exhiberetur, quominus iis frui possemus, quæ Regia Majestas Vestra nobis promisit et tradidit. Quandoquidem vero hanc causam cum Regia Majestate Vestra communem habemus, idque ad utriusque nostrum et auctoritatem et dignitatem spectet, plane nobis persuasum habemus, Regiam Majestatem Vestram id facturam, quod cum laude et æquitate erit conjunctum, ... Hæc quum sint æqua et justa, nos quoque ad promerendum, quovis genere officiorem tanto futuri sumus paratiores. Regiam Majestatem Vestram, cui nos officiose commendamus, diutissime ac prosperrime valere exoptamus. Data Regiomonti, die 20 aprilis, anno Domini 1583.

XCVIII.

Epistola Guilhelmi, ducis Bavariæ, ad cardinalem Sirletum.

90 86 b Oris pag 141

Teka Naruszewicza 96. Ex Cod. Vatic. inter Vatic. 6195.

Reverendissime in Christo Pater et Illustrissime Domine, amice honorandissime. Salutem ac benemerendi studia paratissima. Magna cum religionis catholicæ dignitate, multoque cum fructu fidelium, Latinam factam videmus Constantinopolitani patriarchæ censuram, ad oblatam ab hæreticis Augustanam confessionem, ipsis transmissam. Quam procul dubio talem expectarant, ex qua catholicis negotium et confusionem facerent. Sed potens est veritas, potensque veritatis vindex Deus, ut fraudis quæsitæ magistri suam, quam aliis machinati fuerant, confusionem ferant coram universo mundo. At ii, quæ malorum est impudentia, nescimus quæ jam effingere dicuntur in istam patriarchæ censuram, quædam sic ab ipso scripta negantes, alia invertentes et corrumpentes. Quod in antiquis etiam scriptoribus fecisse convincuntur. Itaque ut ad futuros Ecclesiæ usus, genuini exemplaris copia Bavaria nostra non destituatur, scripseramus pro eo ad doctorem Socolovium, theologum in Poloniæ regis aula degentem, qui ex Græco in Latinum transtulit. Is vero ad Vaticanæ bibliothecæ auxilium nos remittit, in quam Græcum illud authographum, quod regis piissimi studio in Poloniam allatum erat, a se missum esse ad rei memoriam asservandam scribit (1). Quum igitur rei hujus facultatem apud Reverendissimam et Illustrissimam Vestram Dilectionem esse videamus, magnam desiderii partem obtinuisse nos censemus, eandem amanter admodum ac studiose rogantes, ut dictum illud Græcum exemplar, quod Socolo-

XCVIII.
(1) Obacz list Possewina do kardynała Sirleti z dnia 15 lutego tego roku, i nasz przypisek.

vius ad Urbem misit, si via incommodis, quo ad nos ipsum perveniat, et hic per nostros describi queat, committendum non judicatis, a quodam ejusdem linguæ perito diligenter describi, et ad nos huc mitti curet primo quoque tempore. Quod sane suæ humanitatis ac benevolentiæ officium gratissimum nobis erit, studiose vicissim promerendum, et scribæ quoque rationem haberi curabimus. Optime valeat Reverendissima et Illustrissima Vestra Dilectio, suisque ad Deum orationibus nos commendet. Datum Monachii, 10 die maii, anno 1583.

XCIX.

Ad Antonium Possevinum a Domino cancellario.

90 60 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Reverende Domine, amice honorande. Accepi literas Dominationis Vestræ Reverendissimæ, tam quas ad me erant, quam quas ad Regiam Majestatem: his Regia Majestas ipsa respondebit. Intelligo autem gratum ei studium in iis rebus tractandis Dominationis Vestræ Reverendissimæ esse, ut qui incumbat [eum] ad finem tandem perducantur, [quem] eam cupere [intelligebat]. Illustrissimus Dominus Andreas post nuptias primum proficiscetur, ac propter calorem ne ante mensem augustum quidem, ita ut quum vix ante exitum mensis septembris, etiamsi Mediolanum non divertat, Romam pervenire possit, facile eum in itinere, priusquam ad Urbem perveniat, assecuturum Dominationem Vestram existimem. Vaisseanum negotium cuperem promotum, quum propter senectam ejus, tum propter veterem notitiam nostram, quæ a puero fere mihi cum illo intercessit; verum quum in omnibus rebus publicis, quod pro sua prudentia Dominatio Vestra Reverendissima optime intelligit, rerum judicatarum ea sit auctoritas, ut difficillime rescindi possint, ejus autem causa, sententia lata, jam finita sit, ac ita quidem, ut priusquam finiretur, aliquot mensium spatium, publicæ etiam securitatis literæ, ad accipiendum judicem tributæ ei fuerint, si quid auxilii adferri ei potest, in eo, ut cum Domino castellano Cracoviensi transigat, totum consistit. Itaque magis opera alicujus ad rescindendum decretum, [quam] favore [meo utendum illi est]. Dominationem Vestram Reverendissimam quam optime valere cupio. Cracoviæ, die 11 maii, anno 1583.

in C.

Georgii Friderici, ducis Prussiæ, ad Stephanum regem Poloniæ.

90 61 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine affinis, summa observantia colende. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, delata officiorum nostrorum fidei et studii plenissimorum promptitudine, rerum omnium successus prosperrimos ex animo precamur.

Domine clementissime. Quum per gravissimas occupationes nostras, quam maxime etiam vellemus, nuptiarum solennitati, ad quas Regia Majestas Vestra nos clementer invitare dignata est, coram adesse non potuissemus, misimus præsentium exhibitorem, Generosum fidelem nobis dilectum, Lavinum a Bulau, consiliarium nostrum, cui ut Sacra Regia Majestas Vestra in nobis excusandis, salutando, gratulando, aliisque mandatis nostris exponendis, plenam fidem adhibeat, eumque loco nostro gratum habeat, observanter rogamus: id quod pari studio, omnique obsequio promereri studebimus. Sacram Regiam Majestatem Vestram prosperrime valere, et diutissime florentem regnare optamus. Data Re-

giomonti, die 15 mensis maii, anno Domini 1583.

C1.

Gothardi, ducis Curlandiæ, ad Dominum cancellarium.

90 62 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris et Magnifice Domine, amice charissime. Quantum ego me debere video Illustritatis Vestræ singulari et eximia benevolentia ac studio, quibus me hactenus meosque prosequitur, tantum ego desidero occasionem illam, qua voluntas mea ex recordatione præteritorum beneficiorum maximis Illustritatis Vestræ meritis luculenter aliquando respondere contingeret. Quanta autem ejus in me præclara sit voluntas, ex literis suis dilucide perspicio, quibus me ad nuptias suas Cracoviæ cum illustri virgine, Domina Griselda, Illustrissimi Domini Christophori, Transylvaniæ quondam principis, Regiæ Majestatis fratris desideratissimi filia, ad 12 mensis junii diem, Deo favente, feliciter celebrandas invitare dignata est. Fateor quidem me hoc tantum officium Illustritati Vestræ pro ea, qua illi sum devinctus observantia, vel maxime coram præstare debere; verum quanta corporis mei sit imbecillitas, rationum mearum hoc maxime tempore difficultas, quominus id pro summo voluntatis meæ desiderio facere possim, Illustritatem Vestram minime latet. Quam idcirco etiam atque etiam oratam velim, dignetur absentiam meam, sane inevitabilem, non modo excusatam habere, meumque vicegerentem in splendida ista nuptiarum festivitate benevole excipere, verum etiam pristina solitaque sua benevolentia et studio, nihilominus inposterum me, meosque complecti et prosequi. Regiæ Majestatis vero consilio ac studio laudatissimo, ut merito et vehementer gratulor, ita a Deo Opt. Max., auctore et conservatore hujus ordinis ingenere humano, ex animo precor, ut conjugium illud Illustritati Vestræ sit felix, faustum, tranquillum, neque minus fecundum, quam jucundum, inprimis vero cum gloria nominis divini, ex cujus providentia voluntateque procul dubio hic nexus proficiscitur, adeoque ipsorum conjugalium salute et incolumitate perpetua conjunctum. Cæterum Illustritati Vestræ studia et obsequia mea iterum iterumque commendo, eamque Deus quam diutissime salvam florentem, et superstitem conservet. Data Mitobiæ, die 16 mensis maii, anno 1583.

C11.

Exemplum confirmationis jurium et possessionum nobilitatis Curoniæ, Stanislao Kostka in Livoniam eunti in omnem eventum data.

90 64 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc. Significamus præsentibus hisce quorum interest, hujus et futuri temporis universis et singulis. Quum jam ab initio universa provincia Livonia in divi decessoris nostri, Sigismundi Augusti, regnique Poloniæ ac magni ducatus Lithuaniæ, difficilimis temporibus, ac magni Moschoviæ ducis armis, a quibus ipsa se tueri non posset, adacta, fidem clientelamque venisset, ac tum Curoniæ episcopatui, ac aliis nonnullis arcibus Illustris princeps, Dominus Magnus, Slesvici, Holsatiæ, Ditmarsiæ, Stormariæque dux, præfuisset, isque ipse etiam, quamprimum e magni Moschoviæ ducis potestate revenisset, solenni juramento se, omnesque subditos

suos, quos, quum universa provincia in regni nostri jus atque ditionem concessisset, a publico provincia ejus consensu, atque Ordinum auctoritate sejungere se non potuisse sciebat, Nobis obstrinxisset, utque jure feudi, aliarum ejus generis ditionum exemplo, eam Livonia partem ei conferremus, a Nobis petiisset, eoque omnino jure, quoad viveret, eam possideret, ita nimirum, ut utile quidem dominium penes illum, ac masculos posteros ejus, directum vero, ac suprema auctoritas, imperiique vis penes Nos successoresque nostros esset, ad quos utile quoque dominium, sine masculis haeredibus eo defuncto, communibus feudorum legibus rediret: jam vero [quum] voluntate divina e rebus humanis excessisset, nihil prius Nobis faciendam existimavimus, quam vel ejus etiam partis Livonia possessionem adiremus, incolasque ejus omnes et singulos, qui, dum antea directi dominii jure subjecti Nobis fuerint, etiam nunc, postquam utili dominio morte e medio sublato, immediate ad Nos pertinere coeperunt, solenni sacramento Nobis devinciremus: Quo vero nostrum erga se animum, ac paternam plane curam ab initio gubernationis nostra eo melius iidem perspicerent, minusque dubitationis illis relinqueretur, uti aliorum subditorum nostrorum, ita illorum quoque commoda ornamentaque summo Nobis cura esse, ante omnia jura et possessiones, tum publicas, tum privatas, omnium singulorumque publicis etiam literis hisce confirmandas, iisdem plenum auctoritatis nostra regia robur accomodandum duximus. Itaque decernimus praesentibus hisce auctoritate nostra regia, nostroque, ac successorum nostrorum nomine, verbo nostro regio promittimus, omnes singulosque praefati ducis, Illustris Domini Magni etc. olim subditos in iis, quibus nunc sunt juribus, privilegiis, quorumcunque bonorum possessionibus, ut eos donatione, obligatione, contractu, vel a pristinis Livonia magistratibus, vel ipso Illustri duce Magno impetrarunt, ita in iisdem eos permanere debere, Nosque successoresque nostros eos conservaturos, diplomata, literas, privilegiaque omnia rata habituros, singulis etiam, qui id petierint, privatas confirmationis literas, ac perpetuae firmitatis robur tributuros, ita, ut in quo nunc sint statu, deinceps maneant, atque ea, qua nunc quaque possidentur conditione, in perpetuum ab illis possideantur, teneanturque, juribus regalibus salvis. In quorum fidem et evidentius testimonium, hasce manu nostra subscripsimus, et sigillo regni nostri communiri mandavimus. Datum Cracoviae, die 23 mensis maii, anno Domini 1583.

CIII. Stephanus Rex.

Stephanus rex Poloniae ad nobilitatem episcopatus Curoniae.

9065 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae. Universis et singulis, Generosis et Nobilibus in episcopatu Curoniae arcium praefectis, ejusque incolis, fidelibus, dilectis, gratiam nostram regiam.

Generosi, nobiles, fideles, dilecti. Quum de morte Illustrissimi principis, Domini Magni, Holsatiae etc. ducis intellexissemus, mittendum ad Fidelitates Vestras duximus Generosum Stanislaum Kostka de Stangenberg, succamerarium Culmensem, cui quum in mandatis nonnulla dederimus, quae ad Fidelitatum Vestrarum commoda, totiusque provinciae ejus tranquillitatem, stabilitatemque tam dominii, quam

nostri quoque juris pertinerent; ut omnibus iis in rebus, quæ nostro nomine apud Fidelitates Vestras exponet, non secus acsi ex ore nostro proficiscerentur, fidem illi Fidelitates adhibeant, quodque ille nostro nomine iis promiserit, certo Nos prastituros sibi persuadeant, eas hortamur. Cracoviæ die 23 maii, anno Domini 1583.

CIV.

Ad singulos nobiles episcopatus Curoniensis a Stephano rege Poloniæ.

90 66 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Generose, fidelis, dilecte.

Commisimus quædam Generoso Stanislao Hostka, de quibus cum Fidelitate Vestra nomine nostro loqueretur: In iis ut studium observantiamque suam Fidelitas Vestra Nobis prastet, eam hortamur. De nostra vero erga se benevolentia ex eodem Hostka agnoscet. Cracoviæ, die 23 maii, anno 1583.

CV.

Stephanus rex Poloniæ ad ducem Curlandiæ.

96 67 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustris princeps, sincere Nobis dilecte.

Mittimus in Livoniam negotiorum quorundam causa, Generosum Dominum Stanislaum Hostka de Stangenberg, succamerarium Culmensem: ei ut omnibus in rebus, quas nostro nomine exponet, fidem Sinceritas Vestra adhibeat, quodque is illi dixerit, non secus ac si ex nostro ore profectum esset accipiat, Sinceritatem Vestram hortamur, eandemque quam optime valere cupimus. Cracoviæ, die 23 maii, anno Domini 1583.

CVI.

Ad Georgium Fridericum, ducem in Prussia, Stephanus rex Poloniæ.

90 70 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustris princeps, affinis noster charissime. Excessit nuper e rebus humanis Illustris princeps, Dominus Magnus, Slesvici, Holsatiæ, Ditmarsiæ, Stormariæque dux, qui quum beneficio nostro arces aliquas in episcopatu Curoniæ, tum aliis etiam partibus Livoniæ tenuerit, earumque nomine, quamprimum e magni ducis Moschoviæ potestate revenisset, juramento se Nobis devinxerit, et non se modo, verum subditos etiam suos Nobis obstringeret, ea ratione, ut iis arcibus ipse ejusque hæredes masculi potirentur; iis vero extinctis ad Nos et successores nostros devolverentur. Quum in eum casum divina voluntate jam res ea devenerit, utile quoque earum arcium dominium ad Nos rediit: quum autem aliquas ab Illustritatis Vestræ etiam subditis quibusdam, quos Generosus Stanislaus Hostka de Stangenberg, succamerarius Culmensis, in Livoniam a Nobis missus, per literas indicabit, teneri intellexissemus, movendam Illustritatem Vestram duximus, ut, quod ultro etiam pro sua in Nos atque Rempublicam fide facturam minime dubitamus, omni studio in id incumbere velit, ne subditi ii Illustritatis Vestræ

suæ erga Nos subjectioni fideique ulla in re desint, aut ulli alii quam Nobis, aut quibus Nos accipiendarum arcium illarum, si quas forte tenuerint, mandatum dederimus, eas tradant. Quod eo diligentius Illustritatem Vestram curaturam, omnino Nobis persuademus, quo magis ad suum quoque in Nos et regnum nostrum officium id pertinere satis perspicere eam non dubitamus. Quam bene valere cupimus. Datum Cracoviæ, die 23 mensis maii, anno 1583.

CVII.

Ad nobiles quosdam ex ducatu Prussiæ, arces et bona in episcopatu Curoniensi tenentes, a Stephano rege Poloniæ.

90 71 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Generose, fidelis, dilecte.

Commisimus quædam Generoso Stanislao Kostka de Stangenberg, succamerario Culmensi, de quibus cum Fidelitate Vestra nostro nomine loqueretur, simulque ad fidem subjectionis jure Nobis debitam Fidelitatem Vestram hortaretur. Quædam ex ipso Kostka commodius agnoscet, neque dubitamus, Fidelitatem Vestram, fidei non suæ modo, sed principis etiam sui nulla in re defuturam, tum nullum etiam suum in Nos atque Rempublicam studium Nobis probandi occasionem prætermissuram. Cracoviæ, 23 maii, anno 1583.

CVIII.

Stephanus rex Poloniæ ad viduam ducis Magni.

90 72 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris princeps, sincere Nobis dilecta. Quum Illustrem principem, Dominum Magnum, Holsatiæ etc. ducem, Illustritatis Vestræ maritum, voluntate divina ex rebus humanis excessisse intellexissemus, humanitatis nostræ causa existimavimus, ut in eo luctu, quem ad Illustritatem Vestram ex hoc obitu ejus præcipuum pervenisse facile cogitaremus, eam tamen curam illius haberemus, quem ejus habere debeamus, quæ et e magni Moschoviæ ducis filio, et antiquorum Russiæ principum sanguine nata esset, et, Dei voluntate, in eum statum pervenisset, ubi et a suorum et aliorum ope, quam longissime abesset. Itaque Generoso Stanislao Kostka de Stangenberg, succamerario Culmensi, [in] mandatis nonnulla dedimus, quæ cum Illustritate Vestra nostro nomine communicaret; quibus in rebus, ut plenam ei fidem Illustritas Vestra habeat, eam hortamur. Ac sive ad suos in Moschoviam redire Illustritas Vestra voluerit, honorifice eam deduci curabimus, sive in Livonia permanere, eam ejus rationem habebimus, ut et generis ejus nobilitatem, et rerum humanarum vicissitudinis cogitationem plurimum apud nos valuisse intelligat (1). Quam optime valere cupimus. Cracoviæ, 23 mensis maii, anno 1583.

CVIII (1) Marya, synowica Iwana Wasilewicza Groźnego, wdowa po Magnusie, mając nadany od króla dochód na swe utrzymanie, mieszkała spokojnie w Piltynie, nie spieszyła się do Moskwy, aż ją zaprosił Borys Godunow, który rządził państwem pod imieniem Fiodora, niedołężnego syna Iwanowego. Gdy przybyła do Moskwy, kazał jéj obrać stan zakonny lub więzienie, a córkę jéj Eudokią zgładził ze świata truciznę. Nieszczęśliwa Marya postrzyżona w mniszki, umarła w klasztorze 1597 roku. Karamzin. t. X, rozd. 1.

CIX.

Ad Dominum episcopum Vilnensem a Stephano rege Poloniæ

90 73 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustris et Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Mittendum in Livoniam duximus negotiorum quorundam causa ad arces Curonicas spectantium, Generosum Stanislaum Kostka de Stangenberg, succamerarium Culmensem, ei ut omnibus in rebus, quas nostro nomine exponet, fidem Sinceritas Vestra adhibeat, quodque is illi dixerit, non secus ac si ex nostro ore profectum esset, accipiat, Sinceritatem Vestram hortamur, eandemque quam optime valere cupimus. Cracoviæ, die 23 maii, anno Domini 1583.

CX.

Ad Dominum episcopum Vilnensem a Domino cancellario.

90 74 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine affinis honorande. Quum arx Dondangensis, quæ in potestate Domini Berevicii est, eas opportunitates, tum maris, tum aliarum rerum habeat, ut in utramque partem plurimum Regiæ Majestati eam conservari Reipublicæ intersit, etsi id Dominus Berevicius ipse jam fecerit, non potui tamen facere, quin ego etiam ea de re Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram monerem. Non dubito autem, quin, quod est futurum judicaverit, etiam ultro, si præsidio ejus eguerit, operam datura sit, ne quid vel arx illa, vel per eam Respublica detrimenti capiat. Cracoviæ, die 23 maii, anno 1583.

CXI.

Georgius Fridericus, dux in Prussia, ad Dominum cancellarium.

90. 75 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Dei gratia Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Prussia dux, salutem et studii nostri commendationem. Illustris Domine, amice singulariter nobis dilecte. Præsentium exhibitoribus, Generoso ac nobili, fidelibus, dilectis, Lavino a Bulau, consiliario, et Michaeli Gisio, secretario nostro, in mandatis dedimus, ut post amantissimam salutationem nostram de rebus necessariis, pro singulari fiducia nostra, cum Illustri Dominatione Vestra [tractent: iis ut] in rebus omnibus plenariam fidem adhibeat, et in tractandis negotiis nostris, nec non responso rei æquitate, nostraque fiducia digno, a Sacra Regia Majestate impetrando, fide, opera, industria et auctoritate sua adsit, amanter etiam atque etiam rogamus. Factura Illustris Dominatio Vestra rem necessitudine et amicitia nostra, suaque prudentia dignam, et a nobis omni benevolentia compensandam, quam valere, diuque florentem vivere exoptamus. Data Regiomonti, die 25 mensis maii, anno 1583.

CXII.

90 75 b Quæ a Sacra Regia Majestate Illustrissimus princeps, Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Prussia dux, per legatos suos reverenter nunc petit: eorum hæc fere summa est.

Quum inter Illustrissimum principem et provinciales nonnullos illud maxime controvertatur, utrum quatuor consiliariis majoribus, quorum in formula regiminis Pruthenici fit mentio, Illustrissimo principi liceat suos extraneos interiores in consultationibus adjungere, et ipsorum opera uti, vigore autem decreti regii, et Dominorum commissa

CXIII.

List do xiędza biskupa Wileńskiego, iako administratora w Inflanciech, od Oborskiego rotmistrza.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Wielebne w Bodze, iaśnie oświecone Xiąże, Panie a Panie móy miłościwy. We wtorek świąteczny wyprawiwszy do WXMci Pana Kilanowskiego, widząc że mi pod zamkiem z tą trochą (gdyż ich w zamku więcey było), nie po myśli było leżeć, ruszyłem się we dwie mile od zamku do maleńkiego miasteczka Magnusowego na imie Randemest, które przynależy nieiakiemuś Helingowi, które prawie na granicy Żmudzkiey leży, iedno rzeczka dzieli ludzie Magnusowe a ludzie Żmudzkie. Tam położywszy się, iż mi się starosta z szlachtą obiecali, do nauki WXMci, wedle możności, wyżywienie słuszne nie z łaski, ale za pieniądze dać, oczekiwałem nauki WXMci. A iż tam moyże (dwory wioski) szlacheckie gęste, tedym, dla uprzykrzenia y zbytniego pustoszenia ubogich ludzi, porządnie był rozpisał, iżby każdy wiedział, gdzie żywności dostać, iako na iezdę, tak na piechotę, że każdy mógł słuszne wyżywienie mieć, y naznaczyłem każdemu na moyży imie iego, żeby ieden drugiemu nie przeszkadzał, y każdy swego w obronie miał.

Herman von Saken, syn, przyiechawszy z Piltyna, zakazał im, nie tylko aby mieli żywność iaką dawać, ale kazał imieniem Johana Bera y oyca swego, aby się o to starali, żeby nas w ziemi nie cierpieli, y takowey przyczyny szukali, że o naymnieyszą rzecz tedy narzekanie y pogróżki królem Duńskim czynili, y gdzie się którykolwiek z naszych im powinął, tedy go albo przykryli, albo okradli. W tem przedsię sprawiedliwość obiecana, z strony mey dzierżana, od nich obiecana, ale naymniey niedzierżana była, bo poselstwa mało nie na każdy dzień u mnie mieli, więcey przezieraiąc co się u mnie dzieie, niżli przyczyna godna była, y gdy obaczyli, żem swey woli nikomu nie dopuścił, y przed nimi samymi, że na to patrzali, karał, tedy mi za to dziękowali y ślubili mi, y podniosłszy dwa palce ku niebu, przysięgali mi posłowie ich we czwartek wieczor, na imie Johan von Saken, Johan Adling, Reinhold Pil, mówiąc temi słowy, iż widzimy, że się tak cnotliwie z nami sprawuiesz, my tobie obiecuiemy, bey unserem Ehrlichen, adelich Trauen und Glauben, auch bey unserem Eiden und Gott, że się z tobą tak przyiacielsko, do nauki IXMci Pana gubernatorowey, chcemy sprawować, iako dobrym, cnotliwym ludziom przynależy, y żywności y co przemożemy udzielać chcemy. W temże od nas odiachali.

Herman von Saken, hetman, y koadiutor Johan Ber, przyiechawszy do Ambotu, iako pewną sprawę od więźniów mam, zaraz się pytali, ieśli Oborski z Polskim ludem ieszcze w ziemi. Powiedział mu nieiakiś Martyn Bryng y Johan Pil, że iest, zalecaiąc mnie, że się z żołnierzmi przeciwko nim dobrze zachowywam. Zaraz iednemu w gębę dał, a drugiego za łeb porwawszy, mało puginałem nie zabił,

y powiedział im: „iuż teraz widzę, wy zdrajce, że was Oborski sprawiczował, ale to wiedźcie, że śmierci nie wydziecie.„ Wtem ten karat wszystkim wsiadać y chłopy rewizyrować, których y z sobą niemało strzelców miał, y chciał mnie o piętno oszydzić, albo wypędzić, iako się chlubił, że niektóre podległe poradził am, a Oborskiego z tymi co przednieyszymi poymawszy, do króla Duńskiego w upominku posłę, iakoż y uczynił kilka z sobą dla nas przywieźć karat.

Gdy w nocy przyiechał do mayery Arnoldsanowey, mało nie na ten drugi koniec obozu albo stanowiska mego, potkali go ci postowie wyżey pomienieni, co u mnie byli, z którymi wiadł do mayery, gdy obaczywszy że sobie podpili, bo mi do wiedli moiności czynił, zaraz wszedłszy do izby pytał ich, gdzie byli y co by sprawili. Powiedzieli mu, żeśmy wszystko dobrze sprawili, y iżli mnie zwyciężali. On to usłyszawszy, zaraz bratu swemu Johan von Sakenowi dał w gębę, y rzucił nim o ziemię, y mało go nie zabił, potem też y tych drugich potłukł mówiąc im: „iuż ia widzę, że wy przez Oborskiego y praktykę króla Duńskiego chcecie zdradzić, y niepodobna rzecz, abym ia takich obietnic albo podarków od Pana gubernatora nie miał przywieźć, boście go z ludźmi, nad mój y Bertho zakaz, w ziemię wpuścili, y pod zamkiem cierpieli, y teraz iesteście, maiąc zdradę i zakąd, cierpieć w ziemi;„ z czego mu się, iako mi pewna sprawa więcej dali, bardzo wymawiali, y onego o przestudzanie posłstwa prosili, co na długą ich prośbę uczynił. Potem na świtaniu porwawszysię, rzekł wszystkie by więc przysięgą Duńską, aby z nim iechali, a Oborskiego z ludźmi iego pomogli bić y więzić, a ktoby tego nie uczynił, chcąc takiego zabić y wszystkich wynisczyć. Prosito go wielu ich, aby tego bez odpowiedzi przeciwko panu rycerskiemu nie czynił, gdyż do Oborskiego żadney słuszney przyczyny niemasz, bo nam żadney zaczepki nie uczynił nieprzyiacielskiey.

On zaraz wsiadszy na koń, począł swe Piktyńskie ludzie wołać, iżeby każdego zabili, ktoby na niecnotliwe Polaki nie iechał, co oni widząc, iedni chętliwie, drudzy odradzaiąc mu musieli iechać. Brat iego, co przodem był, powiedział mu temi słowy: „iedź w imię diabelskie, ale obaczysz, że o sobie Oborski umie.„ Wtem gdy z dworu albo mayery wyiechali, sześć pachołków wyiechało z stanowiska dla siana. Oni ich obaczywszy poymali czterech, a dwaj uciekli, którzy mi powiedzieli, że ludu kilkaset zaraz z bębny y trąbami ku nam idzie, y iż czterech naszych poymali. Zaraz tedy karat wszystkim na plac przed gospodę dwa, ale nie mogliśmy tak prędko przed wieś wyniść z ogrodzeń, a oni prędzej przez wodę do naszej piechoty przypuścili. Skoro Pana kapitana przywiódł, którysię strzelbą minie z fenrychem y z strzelcy potkał, musiał tedy ierdę przez płoty, iako mogąc przeprawić, którymi też niewiele rozbierali płotów, ale wskok, skoro się poczęła nasza piechota ustrzelinzać, przywiódł tedy im naszą ierdę w prawy bok, którymi kopiami rozerwali, że drugi ledwo arkabuza nie trafił, y pierzchnęli na swoie

knechty y Łotwe. Tamesmy się im nie dali długo rozpościerać. Chcieli nas byli osaczyć, alesmy strzelców trochy mieli w tył u płotu, którym im zachodzić nie dopuścili, y tak za pomocą Bożą za sprawiedliwością JKMci, a za szczęśliwą y mądrą sprawą WXMci, mego miłościwego pana, a za staraniem mnie sługi WXMci, tak też y za pracą, gardłowaniem moiem spotem z tymi szlachetnymi ludźmi y cnotliwymi rycerzami, JchMciami Panami towarzyszmi, którzy ysami y z pachołki swymi, tak sobie mężnie poczynali, pobilismy nieprzyiaciela. Co się też tyczy Pana Kapitana y Jenrycha, tedyto śmiele mogę rzec, że sobie też tak mężnie poczynali obadwa, iako prawi kawalerowie, y Boże daj z takimi y żyć y umierać, y Pan Bógwie, że za wielkiey łaski ci dobrzy obadwa rycerze iako JKMość, tak też y WXMci, mego miłościwego pana, godni, acz Pan Bógwie, że y wszystka piechota, chociaż nie ubrana, ale serca prawie żelazem okowane miała, y prawie sobie wszystcy sprawnie y mężnie poczynali, i ani to WXMość obaczyć będzie z regestru, z nim y iacy ąsmy robotę mieli.

Jako się więcznie ysama Łotwa przyznawaią, było Niemców y erdyków 80, knechtów piesztych z rusznicami 30, Łotwy strzelców y rozsierzy, y z ich przyrodzoną kiiową bronią przez 400. Niektórzy mówią, że ich było więcey, alesmy ich nie liczyli, bo nam czasu nie dali. Hetman ich Hermann von Jacken, który dość mężnie jerdę y piechotę przywodził, zabit, Otto Ambot, nie iakiś Kryszto[illegible] Handrygg, y drugi Handrygg, y drugie z nich innych. To wszystko byli znaczni szlachcice. A co sługi ich y chłopstwa poległo, tych, iako mi ci, com posyłał trupy liczyć powiedzieli (bom sam po chróścich y błotach nie mógł jerdzić), iest przez dwieście.

Z więźniów jednom dał uratować, to iest iedna xięcia Kurlandskiego poddany szlachcic, na imie Henryk Ramel, a drugi Rothkier Salisz, też Esla, bardzo ranny, y radbym ie był do WXMci odesłał, alem się bał, że ich sługy Niemcy w Kurlandyi odbiią, nie wiem też, jeśli żywi będą, a zwłaszcza też z Esla. Jako mi pewna sprawa daią, że ich tylko dwanaście nieobwiązanych do zamku przybiegło. Między naszymi towarzysz pierwy zabit. Jednym koniu trzech [illegible] y kilka zabito, a sami acz zbroie mieli na sobie y na pachołkach dobre, wszakoż się poramionach y rękach niektórym dobre dostało, y koni kilka zabito y poobwiązano, ale ze wszystkich tylko iedno zabit pieszy towarzysz, na imie Tomasz Kortowski. Ten, słyszę, w zamku Ryzyckim ma żonę y dziatki: Dla Boga, nie racz ich WXMość w sierocińcu opuszczać.

A iż na tamtem stanowisku, y dla zdrady y dla niedoyrzeczeństwa, trudno mi się było ustrzedz, bo oni maią szpiegi na nas z tyłu z samych chłopów, a ktemu z Piltyna za dzień y za noc mogli ludzi dostać, a ktemu też y barziej ranna obwiązane dostać nie mogą, tedym się ruszył ani do Szrund, miasteczka Pani Wileńskiey (Eustachowey Wołowiczowey), y tu będę dalszych rozkazań WXMci oczekał, tak też y pożitku, bo od Kurońskiey granicy jedney we dwu milach, jedney tylko w mili to

miasteczko leży, a Korff, ów rotmistrzów oyciec, miał dzisia u mnie sługę, pota
iemnie przestrzegaiąc, żebym się miał na dobrey pieczy, bo się Magnuszowie zno
wu na mnie zbieraią y z Piltyna y zewsząd, a ia, gdzie gwałt przyidzie, iedno Pa
nu Bogu się muszę poruczyć; bo ieśli towarzysze na tym tydniu pieniędzy nie bę
dą mieć, tedy się roziadą, a ia tylko z Panem Kapitanem z garścią piechoty n
koszu ostanę, acz ci mi gwoli ieszcze obiecali tydzień czekać. Ale się boię, ie
śli posiłku, pomocy y pieniędzy, tak też prochu haydukom, y z dziesięć ha
kownic, a puszkarzów do nich nie będzie prędko, tedy podobno wszystkiemu
przyidzie dać pokóy. Bo iuż kilka razy piszę do WX Mości pytaiąc, ieśli p
siłek będę miał, a o żadnym ani się mogę dowiedzieć, na kilka listów ani od
pisu, ani żadney wieści, iuż to druga niedziela, nie mogę mieć. Tylko drabik
znalazł u Niemca w ubiorze list z Goldyngi; gdzie mu mieszczanin Gol-
dyngski pisze, że ten lud, co był za Oborskim poszedł, był iuż w Tokum,
ale ich wrócono. Otoż iuż y rozumu niestawa, y instrukcya nie pomoże
bo się teraz, skoro Pan Zaleski odiechał, wszystko odmieniło. Tu też głód
wielki; acz wszystkiego dostanie, ale niedarmo iako żołnierzowi. Żaden
ani stacyi, ani żadney rzeczy nie chce dać bez listu Pana hetmańskiego,
albo WXMci. Temu WXMość racz zabieżeć.

Ja tu Niemcy z rozkazania WXMci woiuię, a mnie Filon doma: to Bo
gu poruczam. Mnie WXMość racz chocia na dwanaście koni pieniędzy
przysłać, żebym sobie co sług przybawił. Bo mi iuż same włokity zostały,
y sług y koni niestawa, a na kuchnią też o polepszenie proszę, bo mał
niewszystkich sam karmię. Zatem się łasce WXMci pilnie poruczam.
Dan z Szkud, 25 maia, 1583 roku.

riorum declaratione, ipsoque Sacra Regia Majestatis responso Vilnensi palam sit, suæ Celsitudinis arbitrium justis ex causis hac in re impediri non debere, et licet in pluribus dictæ regiminis formulæ [sensus] ab hac principis gubernatione, novo decreto et auctoritate Sacræ Regiæ Majestatis, tanquam directi domini, in provinciam principi collata, plane diversus sit, ipsaque omni lege carens, et Illustrissimi principis rationes aliter postulent; pro sua tamen juris et æqui observantia, quantum sine deminutione sui juris fieri potest, dictam gubernationis formam observet, adeo ut omnes dignitates et præfecturas indigenis præteris conferat, ita ut nihil, nisi quatenus auctoritate Regiæ Majestatis id factum videatur, isti regiminis formulæ derogari jure conqueri possent. Rogat sua Celsitudo observanter, ut Sacra Regia Majestas uberiori declaratione, decreto et responso convenienti, hoc jus suum suæ Celsitudini confirmare, et novo rescripto mentem et sententiam suam provincialibus clementer testatam facere, eosque a temerario litigandi atque adversandi studio severe dehortari, et ut officium suum faciant, debitamque obedientiam et observantiam præstent, pro auctoritate sua illis mandare, nec eos diutius ejusmodi frivolis querelis et delationibus Sacræ Regiæ Majestati Vestræ molestos esse, principi suo obtrectare pati dignetur.

Ad Fridericum Aulachum quod attinet, quum non saltim omnium turbarum auctor, fax, atque patronus sit, et communis causæ patrocinium sua potissimum auctoritate sibi sumpserit, verum etiam principem suum ejusque consiliarios non tantum apud Sacram Regiam Majestatem et regni Ordines, verum etiam peculiari quodam scripto apud omnes variis calumniis traducere, et atrocissime proscindere non vereatur: obnixe sua Celsitudo etiam atque etiam rogat, ne homini factioso hac in aula ullum suæ malitiæ et contumaciæ præstetur patrocinium, sed potius ut ob prava consilia et machinationes suas debita cum severitate objurgatus, et ad officium revocatus, ad forum suum competens remittatur, quo Illustrissimo principi ad honoris atque existimationis suæ defensionem, atque contestationem, legitima via juris, sine violentia manifesta, hasce gravissimas injurias, quas vehementer et acerbe sibi ad animum revocat, legitime vindicare liceat. Quæ ut cum summa æquitate conjuncta sunt, ita ad pacificandum hunc ducatum, et pacatam ejus possessionem adipiscendam, ad complices denique hujus hominis factiosi deterrendos et revocandos, ipsamque Regiam Majestatem magna molestia liberandam plurimum conferent.

CXIV.

Difficultates quæ occurrunt in expeditione ecclesiæ Vendensis Roma missæ.

90 76 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

1.

Erectiones omnium ecclesiarum non debent fieri nisi ex causis in jure expressis, quarum nulla in casu nostro militat: imo, quia apparet clare de præjudicio aliarum ecclesiarum, obstat erectioni faciendæ.

2.

Erectionis instrumentum per Gwiazdowski productum, nullius est roboris; nam alii reges, principes christiani, solent supplicare primæ Sedi pro erectione, non erigere ipsimet,

prout nec possunt: cleri enim juris est, erectiones novarum ecclesiarum, cathedralium, ad Sedem Apostolicam pertinere, et ita observant Christianissimus rex et rex Catholicus, aliique principes in similibus, vel etiam minoribus casibus, quod frequenti experientia Romana curia testatum est.

3.

Suppressionis saltim tacita aliarum ecclesiarum, praecipue Rigensis metropolitanae, Torpatensis ac Curoniensis Osiliensisque, cathedralium Livoniae, nulla causa. Licet enim nulla ex his ecclesiis nondum in potestate Serenissimi regis sit; tamen Rigensis et Torpatensis, Dei gratia, jam sunt, aliae quoque esse possunt, nec constat, cur debeant supprimi.

4.

Dato quod ex aliqua causa sedes in dictis ecclesiis debeant destrui pontificiales, utique bona tam mobilia, quam immobilia, non debent in profanos usus converti, et nihilominus in literis erectionis suppressiones Serenissimus rex nullo pacto disponit. Ecclesiis Rigensibus, et aliis viduatis, esset aliquo modo providendum, de quibus in dictis literis nullum verbum. Licet enim Serenissimus rex eas vellet perpetuo esse destitutas pastoris solatio, nihilominus constituenda essent ibi personae aliquae ecclesiasticae, quae ibi Deum laudarent.

5.

Erigitur oppidum Vendense in civitatem, et tamen non dicitur, ubi terrarum sit hoc oppidum, quas habeat ecclesias, et ad quam nunc dioecesin pertineant, nec quae ecclesia dicti oppidi sit in cathedralem erigenda.

6.

Reservatur jus patronatus, et praesentandi tum pro Serenissimo rege ad ecclesiam Vendensem, tum pro nonnullis aliis ad certas dictae ecclesiae dignitates, et tamen nulla causa subest canonica.

7.

Non exprimitur, quomodo episcopus Vendensis futurus debeat regere civitates et dioeceses Rigenses, Torpatenses et alias, num tanquam suas dioecesis, suppressis in illis sedibus pontificialibus, vel uti episcopus Vendensis, vel Rigensis, Torpatensis ecclesiarum invicem junctarum, aque principaliter, vel accessorie.

8.

Non exprimitur valor reddituum mensarum episcopalis et capitularis. Etenim concederentur nonnulla castra in literis praedictis, Volmar, Fricatum et reliqua: num ex illorum proventibus episcopus et capitulum possit se sustentare, divinandum est.

Haec occurrerunt raptim scribendi et optima quaque de piissimo et sanctissimo rege speranti, qui, quod Caesaris est, Caesari esse velit, et quod Dei, Deo, quemadmodum ex ejus gestis toti orbi terrarum testatum est, relinquit.

Responsio ad difficultates in expeditione ecclesiæ Vendensis objectas.

90 '97 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Erectiones ecclesiarum nisi ex causis in jure expressis fieri debere, minime negatur, quominus autem aliqua earum indicata sit, id ipsum fecit, quod nemo futurus videbatur, qui quæ novæ ecclesiæ in provincia Livoniæ instituendæ, non tam causa, quam necessitas esset, etiam nullo indicante, non mox ipse statim perspiceret. Nam quum jam a tot annis, ac supra maximæ partis in ea provincia hominum memoriam, ne vestigium quidem religionis catholicæ ullum, ac Romanæ Ecclesiæ institutorum in provincia illa fuerit, omnia templa ab hæreticis et schismaticis hominibus occupata, bona ecclesiastica omnia, proventusque eorum partim interversi, partim bellorum injuria sublati: facile intelligitur, quum catholica introducenda religio hujusmodi in provinciam esset, novam omnino ecclesiam fundandam, novis reditibus, bonisque dotandam, aliam etiam sedem assignandam eidem fuisse, quum priorum ecclesiarum sedes non tam per erectionem hanc supprimeretur, quam jam multis annis hæreticorumque bellorum injuria ita suppressæ fuissent, ut nulla omnino ratione recuperari possent.

Instrumentum erectionis, ut perperam perscriptum est, non tam ad Sacræ Regiæ Majestatis voluntatem, quam illa ad Sanctæ Sedis Apostolicæ, et Sanctissimi Domini nostri observantiam sedulo conferendam existimavit; quam vel rei ipsius raritati quivis facile tribuerit, ut paucissimis nostra memoria ea a Deo felicitas tributa sit, ut novas provincias Imperio adjungerent: ita plane novum etiam esse cogitarit, ut hac præsertim hæreticorum frequentia ecclesiæ episcopatusque fundarentur: in vicinis certe regnis a multis jam annis inauditum. Minime itaque Regia Majestas refragatur; quominus, sicut omnibus in rebus Sanctissimi Domini Nostri auctoritatem integram esse cupit, ita in hoc quoque, quod jure aliorumque principum consuetudine illi debetur, eidem tribuat, utque ipse sua auctoritate sedem eam erigat, Sanctitati ejus supplicat.

Suppressionis aliarum ecclesiarum causa jam ante obiter indicata est. Ac ad Rigensem quidem quod attinet, quum ab initio jam ita alienata civitas ea a fide catholica, atque Ecclesiæ observantia fuit^er, ut non modo crebras cum archiepiscopis suis contentiones exerceret, verum sæpe etiam in illos sævierit, quemdam inversa ad caudam facie equo impositum urbe exegerit, vel id saltim fortasse satis causæ esset, ut episcopus posthac jure atque dignitate privaretur, quem tanta immanitate ac scelere violasset. Jam vero extremis temporibus, archiepiscopis ipsis a fide catholica ad [hæresim] desciscentibus, bona etiam ecclesiastica primum ab ipsis, deinde post eorum obitum a civitate, quæ illorum jus usurpavit, in profanos usus conversa sunt, vel inter privatos ita distributa ab iisdem venditione, permutatione, hæreditate, aliisque variis rationibus, ad diversos successores transmissa, ut qui ea recuperare voluisset, illi universam eam provinciam turbare, ac quicquid eis ab hostibus relictum esset, evertere necesse fuisset.

Torpatensis dioecesis bona et ipsa a superioribus episcopis, qui summa cum actoritate illi præerant, eadem ratione in privatos magna ex parte collata fuerunt, maxime vero posterioribus temporibus, quum ita opes episcoporum imminutæ essent, ut et contemptum ab inso-

lentibus subditis, bonorum ecclesiasticorum largitionibus, et pacem a Moscho pretio redimere contraque ejus ipsius irruptiones privatorum opibus tueri se cogerentur, ac tandem propriorum civium proditione una cum urbe ipsa et universo tractu illo in Moschi potestatem venirent: in qua quum ab eo tempore viginti et novem annos regio ea fuerit, urbs etiam instituto gentis Moschovitica, [turribus] omnia ædificia corrumpentis, traductisque in Moschoviam habitatoribus, plane deformata fuit. Templum episcopale, alioquin ampliſſima, et magnificentiſſima structura exædificatum, odio religionis catholicæ, dum ad suum ritum id transmutare contendunt, ipsorum episcoporum sepulturis diſſipatis, corporibusque ejectis, plane corruptum, reliquorum templorum ornamenta, bonaque omnia oblata. Accedit huc propinquitas Moschoviæ, qua quum tanta sit, ut octo dierum spatio navibus Plescovia Torpatum, atque inde Plescoviam rursus perveniri, tormenta constitui, exercitusque admoveri poſsit, omnibusque viribus [prius] oppugnari, quam rumor ullius belli in Poloniam aspiret; nec episcopus sat pacatam, nedum commodam in perpetuo armorum metu sedem habiturus ibi eſset, et Regiæ Majestati, si salvam universam provinciam eam eſse velit, hæc potiſsimum præ cæteris ejus partibus omni studio curaque tuenda sit. Itaque quum in præsidium, quod perpetuo in urbe ea habendum est, munitiones instaurandas, conservandasque, ad centenorum millium talerorum quotannis sumptus faciendum sit, vel ex aliis etiam territoriis non pauca sane bona adjicienda ad dioecesin illam fuerunt, ut tantum redituum conficeretur, ex quibus ea urbs, munitionibus, tormentis, commeatu, aliisque ad defensionem neceſsariis rebus instrueretur, conservaretur; in cujus salute universæ provinciæ securitas, atque pax, sine qua nec ecclesia ipsa, atque religio catholica conservari poſset, constituta eſset.

Eadem fere Curoniensis quoque ecclesiæ ratio est, ut quum et ipsa tot jam annorum spatio in hæreticorum, ac recentiſsime ducis Magni, regis Daniæ fratris, constituta potestate fuerit, bonaque ejus æque in varios poſseſsores diversis titulis distributa, ea quoque sine maximo motu extorqueri e manibus eorum non poſsint, tantoque magis, quod mortuo jam duce Magno, a ministris ejus adhuc teneantur, ab iisdemque ad Daniæ regem miſsum sit. Oſiliensis episcopatus ab eodem Daniæ rege adhuc usurpatur, quemadmodum et Revaliensis a Sveciæ rege. Quodsi ea quoque Livoniæ pars divina benignitate regno adjiciatur, libenter Regia Majestas operam dabit, ut in ea quoque provinciæ illius acceſsione una cum imperio religio christiana catholica propagetur.

Itaque Venda potiſsimum urbs novæ sedi attributa, non modo quod secundum Rigam et Torpatum, superioribus etiam temporibus, una ex potiſsimis Livoniæ urbibus fuerit, et nunc etiam maxime integra sit, templum præterea, quamvis et ipsum ab hæreticis olim poſseſsum, minime deformatum tamen corruptumve habeat, verum etiam quod quum in medio fere Livoniæ, solo ubere, ac cumprimis feraci, ad navigabile flumen sita, eamque ob causam caput nunc totius illius oræ a Regia Majestate facta, judiciorumque appellationis ex universa provincia, ac consilii publici provinciæ ejus sedes constituta sit, multo majorem etiam hominum, quam ulla alia urbs, nobilitatis præsertim celebritatem habitura sit.

Interim vero Rigæ de societate Jesu aliqui introducti, templumque divo Jacobo quondam sacrum, et monasterium Cistertiensis ordinis virginum, quarum vix una atque altera adhuc supervixerat, ab hæreticis, qui sicut alia omnia, ita hæc quoque multis jam annis tenuerant, recuperata, cumque proventibus, atque reditibus suis iis assignata, quodque in tam vetusto hæreticorum domicilio, in quo qui religionem catholicam sequeretur, nemo reperiretur, solum fieri potuit, factum ut, qui hominibus a vera religione plane alienatis, doctrina ac pietate sua ad eam cognoscendam prærirent, [non] deessent. Eadem ratione Torpati quoque ejusdem societatis collegium fundare in animo Regia Majestas habet, si forte benignitate divina, non modo eorum locorum homines, sed etiam vicinam Moschoviam catholicæ religionis luce collustrare possent. Idem in cæteris oppidis, atque locis provisum, ut parochi et scholæ in singulis quum ab episcopo, tum aliis instituerentur. Ita quum paulo ante nullus in ea provincia, jam multorum annorum spatio, locus esset, qui non ita ab hæreticis occupatus esset, ut religio catholica prorsus excluderetur, nullus deinceps futurus sit, in quo dein summo cum studio doceatur.

Ad quartam et quintam objectionem, de suppressione reliquarum ecclesiarum, bonis earundem, de Venda item, cur ea potissimum novæ sedi assignetur, jam ante responsum. Jus patronatus Regiæ Majestati ratione dotis recipitur, ut quod et jure canonico iis competat, qui de patrimonio suo reditus aliquos ecclesiæ adjunxerint. [Simili modo jus patronatus in dicta ecclesia Vendensi Regia Majestas concessit Reverendissimo Domino episcopo, et Illustrissimo Domino cancellario]: Reverendissimo Domino episcopo, ut et ipse, qui ad obsequia ejus promptiores sint, habeat; Illustrissimo vero Domino cancellario, et exercituum generali, ut navatæ operæ ejus, quam in provincia ea bello recuperanda præcipuam præstitisset, ad posteritatem quoque in familia ejus memoria exstaret, maxime, quum minime in regno novum hoc sit, ut non modo reges, sed nobiles etiam nonnullæ familiæ in cathedralibus ecclesiis beneficiorum hujusmodi jura patronatus habeant.

Quomodo reliquas dioeceses ac civitates episcopus Vendensis regere debeat, satis ostenditur, quum unus nimirum totius Livoniæ episcopus futurus dicitur, reliquis iis, quæ supra demonstrata sunt, causis omnibus sublatis. Ad quantitatem proventuum mensæ episcopalis et capitularis quod attinet, eorum quidem, qui ad capitularem mensam pertinent, jam certa quantitas designata est. Episcopalis vero mensæ proventuum propterea ratio certa iniri non potuit, quod in provincia continuis bellis vexata, tum primum sciri ii possint, quum ad culturam rursum adducta fuerit. Verum ut qui, quantique ii futuri sint, nondum constat, ita id tamen satis apparet, quum ad culturam aliquam bona ea pervenerint, multorum in Polonia episcopatuum reditus superatura.

CXVI.

Rex Poloniæ Stephanus ad summum pontificem

o przedwyżk kwoty Dwińskiej do Bisk Kurow 90 79

Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Sanctissime ac beatissime in Christo Pater ac Domine clementissime.

Post oscula pedum beatorum, etc. Quum Dei Opt. Max. benignitate factum sit, ut jam tandem Livonica provincia schismaticorum imperio liberaretur, nihil antiquius habui, quam ut divinæ bonitati hujus tantæ victoriæ fructum, ea, qua christianum principem inprimis decet, pii gratique animi significatione, quam possem maximum atque uberrimum rederem. Quod ipsum sane voluissem in eo potissimum prastare posse, ut bona omnia ecclesiastica ecclesiis suis, ecclesias vero ipsas pristino suo decori atque dignitati restituerem; verum et bona illa primum quidem a Teutonicis hæreticis, mox vero etiam a Moschis usque adeo direpta, distracta, perturbata, ac in varios possessores translata sunt, ut eorum nec jura, nec vestigia fere ulla appareant, tum alia etiam nonnulla difficultates, quæ in hoc meo pio instituto me impediant, non exiguæ sane mihi objiciuntur.

Equidem ad Rigenses ecclesias quod attinet, præterquam quod ab initio jam ita civitas ea ab Ecclesiæ observantia alienata fuit, ut non modo crebras cum archiepiscopis suis contentiones exerceret, verum sæpe etiam in illos sævierit, quemdam equo inversa ad caudam facie impositum urbe exegerit; extremis etiam temporibus, archiepiscopis ipsis a fide catholica ad hæresim desciscentibus, bona etiam ecclesiastica primum ab archiepiscopis, deinde post eorum obitum a civitate, quæ eorum jus usurpavit, vel in profanos usus conversa sunt, vel inter privatos ita distributa, ab iisdem variis rationibus ad diversos successores transmissa, ut qui ea recuperare velit, illi universam eam provinciam turbare, ac quicquid eis ab hoste incolume relictum est, evertere necesse sit.

Eadem fere ratione Torpatensis etiam dioecesis bona et ipsa a superioribus episcopis, qui summa cum auctoritate illi præerant, in privatos magna ex parte jam ante collata fuerunt, maxime vero posterioribus temporibus, quum ita opes episcoporum imminutæ essent, ut auctoritatem suam apud subditos largitionibus retinere, pacemque aut a Moscho redimere, aut contra ejus ipsius arma privatorum opibus tueri se cogerentur, tandemque privatorum civium perfidia una cum urbe ipsa, universoque tractu illo in Moschi potestatem venirent: in qua quum viginti novem annis regio ea fuerit, instituto gentis Moschovitica, nullum ædificiorum nitorem magnopere amantis, quin turribus potius suis omnia corrumpentis, traductis præterea in Moschoviam habitatoribus, urbs plane deformata est. Templum episcopale, alioquin amplissimum et satis magnifice, quemadmodum pleraque ejus provinciæ, exstructum, odio religionis catholicæ, dum ad suum ritum transmutare id contendunt, ipsorum episcoporum sepulturis dissipatis, corporibusque ejectis, plane corruptum, reliquorum templorum ornamenta, bonaque omnia ablata. Accedit huc, quod in ea propinquitate Moschoviæ, qua octo ad summum dierum spatium navibus Torpato Plescoviam, atque inde Torpatum rursum perveniri, tormenta constitui, exercitusque admoveri possit, omnibusque viribus prius oppugnari, quam rumor ullius belli in Poloniam aspiret, nec episcopus satis pacatam, nedum commodam in perpetuo armorum metu, sedem ibi habiturus esset, et mihi, si universam provinciam eam salvam esse velim, hac præcteris ejus partibus omni studio curaque

tuenda sit. Quare quum partim in præsidium ipsum, partim in munitionem, ad centum fere millium talerorum imperialium quotannis sumptus faciendus sit, vel ex aliis etiam territoriis non pauca sane bona adjicienda ad dioecesin illam mihi fuerunt, ut tantum redituum conficeretur, ex quibus urbs ea munitionibus, tormentis, commeatu, aliisque ad defensionem necessariis rebus instrueretur, conservareturque, in cujus salute universæ provinciæ securitas, atque pax, sine qua nec ecclesia ipsa, atque religio catholica propagari potest, constituta esset.

Non alia et Curoniensis ecclesiæ conditio est, ut quum et ipsa tot annorum spatio in hæreticorum, et recentissime ducis Magni, regis Daniæ fratris, potestate fuerit, bonaque ejus æque in varios possessores diversis titulis distracta, ea quoque sine maximo motu extorqueri e manibus eorum non possunt, eoque magis, quod mortuo jam duce Magno, a ministris adhuc ejus teneantur et a rege Daniæ in controversiam vocentur. Ossiliensis episcopatus ab eodem Daniæ rege adhuc usurpatur, quemadmodum et Revaliensis a Sveciæ rege.

Quo rerum statu et Rigæ quidem, interim de societate Jesu aliquos introduxi, templumque divo Jacobo quondam sacrum, et monasterium Cisterciensis ordinis virginum, quarum vix una atque altera adhuc supervixerat, quamvis ab hæreticis, ut quædam alia, usurpata, et ad eorum ritus traducta, recuperavi, cumque proventibus ac reditibus suis iis assignavi, quodque in tam vetusto hæreticorum domicilio, in quo qui religionem catholicam sequeretur, nemo reperiebatur, solum fieri potuit, feci, ut qui hominibus a vera religione alienatis, doctrina ac pietate sua ad eam cognoscendam prærirent, non deessent: et Torpati eadem ratione ejusdem societatis collegium fundare constitui, si forte benignitate divina [non modo] eorum locorum homines, sed vicinam etiam Moschoviam catholicæ religionis luce illustrare possent. Ita ut deinceps cæteris quoque oppidis atque locis parochi, atque scholæ institutæ fuerint, ad quam rem omnem cogitationem sedulo contuli; quum paulo ante tot annorum spatio nullus omnino in provincia ea locus esset, in quo religio catholica consisteret, nullus deinceps futurus sit, in quo non ea summo cum studio doceatur.

Sed hanc ad rem quum ut latius, atque majori cum fructu fides catholica proferatur, episcopus, qui cum auctoritate ei præsit, in provincia ea omnino necessarius sit, ad Sanctitatis Vestræ præsidium supplex confugio, rogoque, ut in ea provincia cathedralem unam ecclesiam, donec dederit Deus Opt. Max. melius majusque aliquid ad nominis sui gloriam præstari posse, pro tot aliis, quæ, ut dixi, temporum injuria, et iniquorum scelere perierunt, pro sua benignitate, paternoque zelo erigat atque instituat, episcopalique dignitate eandem ornare, et prælatorum ac canonicorum peculiare collegium, ad aliarum ecclesiarum exemplum, præpositum nimirum, decanum, archidiaconum, cantorem, scholasticum et custodem, canonicos vero sex adjungere dignetur. Ad id institutum ego ipse [destinavi] Vendensem civitatem, ut quæ non modo olim secundum Rigam ac Torpatum una ex potissimis Livoniæ urbibus fuerit, et nunc maxime adhuc integra sit, verum et in media Livonia, solo ubere, et cum primis ferace, ad flumen navigabile sita, eamque ob causam caput totius illius regionis, in quo judiciorum appellationes, et

universa provincia, consiliique publici conventus habeantur, a me constituta sit, quum ob loci celebritatem, hominumque frequentiam, tum ob templi, quod ibi fere, quamvis et ipsum ab hæreticis aliquamdiu possessum, maxime tamen adhuc integrum restat, aliasque omnes commoditates, non ad vitæ modo usum, sed ad Dei cultum necessarias maxime opportunam judicavi, illique propterea arces, terras, aliaque bona immobilia assignavi, si non quæ voluissem, at certo quæ potui, et quæ ad episcopi, canonicorumque sustentationem, adeoque etiam decorem, maxime quum ex tot continuorum bellorum vastitate, ad culturam aliquam perducta fuerint, satis esse posse arbitratus sum: ex quibus statim octo circiter florenorum millium reditus capi possit, deinde vero quum pristina cultura restituta fuerint, longe etiam plus exspectari: nimirum arcem et oppidum Valmar, Fricatum, Burtnicum, Odempe, Vrangel, Moza et Redempens, cum eorum territorio, ambitu, locis, iisque omnino limitibus, quibus antiquitus quam latissime circumscripta fuerant, omnibus denique, quæ ad earundem arcium usus utilitatesque pertinuerunt, vel posthac pertinere possint, oppidis, foris, villis, earundemque incolis, adscriptitiisque, prædiis, tam rusticis, quam urbanis, prætoriis, agris, feudis, campisque tam pascuis, quam novalibus, silvis, item lacubus, fluminibus, rivisque omnibus, eorundemque omni proventu cujusque generis, molendinorum, piscationum, venationum, aucupiorumque, omnibus adeo opportunitatibus, quæ vel nunc in iis sunt, vel postquam cujusquam industria ingenioque instituì poterunt, nullis prorsus exceptis reservatisque, omni præterea jurisdictione, atque imperio, eo solo jure, quod in aliorum regni mei episcopatuum [bona] mihi competit, maxime vero, ne sine mea, successorumque meorum auctoritate consensuque permutare, aut alienare ea possint, salva in perpetuum possidenda, tenendaque, proque utilitate ejus ecclesiæ libere administranda. Domus item episcopi habitationi Vendæ, Pernaviæ, Torpati ac Felini, cum omni earundem usu fructuque singulas, prælatorum vero canonicorumque usibus Vendæ vicum unum, in eoque sitas domus omnes arbitratu episcopi in eosdem distribuendas [in perpetuum assignamus, donamusque], proventus etiam iisdem prælatis, canonicisque [ex] supra nominata dote [episcopali] ita commode assignari posse existimo, ut nimirum episcopus successoresque ejus, qui posthac ecclesiæ ejus episcopi fuerint, præposito, decano, archidiacono, trecentos, cantori, scholastico et custodi ducentos, reliquis sex canonicis centos et quinquagenos florenos recepta, usitataque in regno meo æstimationis, numerent. Ad eam prestationem divi Stephani Prothomartyris festum non incommodè præfinire, reliquos autem reditus, ex sanctorum canonum præscripto, atque ecclesiæ utilitate episcopo ipsi administrandos permitti [existimavi], ita ut quum alia, quæ muneris ejusdem sunt, diligenter exsequatur, tum in singulis oppidis, quæ supra nominavi, Vendæ nimirum, Pernaviæ, Torpati, ac Felini vicarios, officialesque suos, qui in ipsius absentia quæ muneris ejus sunt, administrent, habeat, parochias item scholasque in oppidis et locis, quæ illi attribui, suo sumptu instituat. Libertatibus etiam, immunitatibus, juribus ac privilegiis omnibus, quibus in Polonia episcopi, prælati, aliique homines ecclesiastici vel jure scripto, vel more ac consuetudine utuntur, iisdem etiam episcopus Vendensis, omnesque ejus successores, ecclesiaque ejus prælati et canonici ipsi quoque libere utentur, fruenturque, neque ulla in re deteriori conditione erunt, quam qui

in Polonia ejus ordinis optima conditione sunt, nominatim autem in consilio provinciæ Livoniæ, judiciisque ac conventus omnibus provincialibus principem locum a gubernatore seu locumtenente nostro, jusque dicendæ sententiæ episcopus, omnesque ejus successores habebunt.

Nominationem autem horum episcoporum Vendensium, sicut et prælaturarum, canonicatuumque ecclesiæ ejus, jus patronatus mihi, successoribusque meis, quum non modo regni hujus jure, sed et more communi id illis debeatur, qui de patrimonio suo ecclesias donant, Sanctitatem Vestram non gravate recepturam minime dubito. Quo tamen episcopus etiam, qui ad obsequia ejus eo promptiores sint, habeat, ut illi etiam, omnibusque successoribus ejus custodiæ et trium canonicatuum jus patronatus Sanctitas Vestra reservet, etiam atque etiam rogo. Ac quia in gravissimo hoc contra Moschum bello, Illustris et Magnifici, fidelis Nobis dilecti, Joannis de Zamoscie, regni mei supremi cancellarii, exercituumque generalis, Cracoviensis, Marienburgensis capitanei, præcipua opera, ac singulari virtute usus sum, quo et illius virtutis, et meæ erga eum clementiæ ad posteritatem etiam memoria propagetur, ut duorum ecclesiæ ejus beneficiorum, decanatus nimirum, et canonicatus unius patronatus jus illi etiam, legitimisque [ejus] hæredibus, aut si quos ex se procreatos non habuerit, iis, in quos jus illud vel testamento, vel inscriptione transtulerit, Sanctitas Vestra [tribuere], prædictoque civitatis Vendensis ecclesiam episcopali dignitate decorare dignetur, atque eidem Venerabilem Alexandrum Mileński pastorem atque episcopum præficere, humiliter [Sanctitati Vestræ] supplico. Quum enim hucusque in vocatione sua eum se hic præstiterit, qui pietate ac sanctitate vitæ aliis præiret, mihi dubitandum nihil videtur, quin in posterum etiam in ampliori illa vinea excolenda, spinisque ac vepribus expurganda, fidem, studium, solertiam, pietatem suam veræque Dei gloriæ zelum omnibus probaturus sit. Quia autem in hac provincia tot continuis bellis exhausta vastitate, nondum eum, qui deinceps benignitate divina futurus sit, fructum ex proventibus ecclesiasticis percipere poterit, quo eo commodius ac majori cum fructu munus id ecclesiasticum suum obire possit, ut abbatiam Fremesnensem, cui hactenus præfuit, Sanctitas Vestra una cum episcopatu hoc ei reservet, contendendum etiam mihi id est, idque eandem Sanctitatem Vestram ecclesiæ ipsius commodis non invitam tributuram confido. Sanctitatis Vestræ clementiæ, me, regnumque meum etiam atque etiam commendo. Datum.....

CXVII.

Ad Carolum Borromæum, tituli Sanctæ Praxedis cardinalem, a Stephano rege Poloniæ.

odpowiedź 9089 Ex mss. bibl. Załuski 255.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater, amice honorande. Gratissimam Nobis rem Reverendissimæ Paternitatis Vestræ litteræ per Generosum Bernhardum Maciejovium, curiæ nostræ vexilliferum, ad Nos missæ, minime tamen novam attulerunt, insignis pietatis atque sanctitatis ejus, quam jam ante multorum sermone prædicari audissemus, veram imaginem. Quum enim earum potissimum rerum nostrarum

commemoratione optime in Nos se affectam, quos in antiquæ religionis restituendæ studio versentur, ostendat, simulque id ipsum veri principatus constituendi, regnique amplificandi fundamentum doceat, cujus ipsa potissimum studio teneatur, non magis certe ex gravissimorum virorum, de egregia ejus pietate, atque [ac] antiquam ecclesiæ disciplinæ normam omnia revocandi ardore, sermonibus, quam ex illa ipsa oratione ejus perspexerimus. Habet hoc omnis excellens virtus, ut non modo ipsa acta, quæ præclara, atque laudabilia ducit, summo studio contendat, sed et complures similes sibi esse velit, nihilque quo religionis etiam, ad earundem rerum studia reflammare possit, prætermittat. Quare etsi Nos quidem in eo propagandæ religionis instituto minime quidem quantum velimus præstare Nos posse, quæ autem præstamus, nullis etiam vel laudis atque gloriæ præmiis propositis, [sed] ipsius pietatis causa, ultro Nos facere debere intelligamus: quum tamen non possit etiam Nobis non esse gratissimum iis potissimum voluntatem hanc nostram probari, qui ipsi in eodem religionis, disciplinæque ecclesiasticæ amplificandæ cursu magna cum pietatis laude atque admiratione elaborant, summam certe hæc Reverendissimæ Paternitatis Vestræ erga Nos voluntatis significatio voluptatem Nobis attulit, gratissimumque Nobis fuerit, si mutuum nostrum in illam studium vicissim aliqua re ostendere possimus. Nos quidem, si egregia hac nostra in se voluntate utendum aliquando sibi existimaverit, nullam declarandæ ejus occasionem prætermittemus. Illustrissimam et Reverendissimam Paternitatem Vestram quam optime valere cupimus. Cracoviæ, 27 maii, anno 1583.

CXVIII.

Ad Jacobum Sabellum, cardinalem Sabinensem, a Stephano rege Poloniæ.

96 81 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime et Reverendissime Domine. Quum missus in regnum nostrum pro ordine Sancti Francisci Conventualium, regni nostri provincialis esset, vir venerabilis, Camillus Tachettus, Veronensis, sanctæ theologiæ doctor, ita hoc trium annorum spatio, quibus nobiscum fuit, pietatem, doctrinam, inque regendis ordinis ejus monasteriis, et ad antiquam disciplinam revocandis prudentiam suam non Nobis modo, verum omnibus piis probavit, ut a quo maximum fructum ad religionem catholicam in regno nostro amplificandam profectum intelligamus, eo sine labore atque detrimento vix carituri simus. Quare quum provincialatus ejus munus illi demandatum, ad proximum decembrem expiratum sit, ac ille quidem maxime eo onere levari se cupiat, summo tamen studio a Reverendissima Paternitate Vestra contendendum Nobis existimavimus, quo omni contentione, auctoritate atque gratia sua apud Sanctissimum Dominum Nostrum elaboret, ut pro commissario saltim prædicti in regno nostro ordinis ejus monasterio [Conventualium] posthac etiam relinquatur, quo et præclara pietatis opera ab eo instituta perfici, et Nos ipsius doctrina, quam in concionibus ecclesiasticis magno cum fructu experti sumus, diutius frui possimus. Id etsi non tam Nos, quam ipsa ecclesiarum, ac monasteriorum regni nostri utilitas, religionisque ecclesiasticæ pro-

pagatio ab eo contendant; ita tamen sibi persudebit, Nobis quoque nihil, quam si id efficiat, gratius ab ea prestari posse. Reverendissimam Patenitatem Vestram quam optime valere cupimus. Cracovie, 27 maii, anno 1583.

CXIX.

Rex Stephanus ad imperatorem Turcarum (1).

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Serenissimo et potentissimo principi, Domino sultan Murath chan, Dei gratia imperatori maximo Constantinopolitano, Asie, Europe, Persarum, Arabum, Syrieque ac Egipti, etc. Domino amico et vicino nostro charissimo.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie, etc. salutem ac perpetuam felicitatem, nostrique mutui amoris continuum incrementum. Serenissime ac potentissime princeps, Domine amice et vicine noster charissime. Binas a Serenitate Vestra per Achmet crausium accepimus literas, in quarum alteris Nobiscum de principe Tartarorum agit, seque induciis cum Germanis prorogasse Nobis significat, in alteris de Jantcula et de Cosacis scribit.

Principem Tartarorum quantum attinet, quemadmodum more predecessorum nostrorum, regum Polonie, qui cum imperatoribus Turcarum, Serenitatis Vestre antecessoribus, foedus et amicitiam sancte et constanter coluerunt, et Nos cum Serenitate Vestra eadem constantia et religione colimus; ita et cum principe Tartarorum amicitiam et pacem, quam, invitante ad eam rem Nos Serenitate Vestra, cum illo, etsi duabus excursionibus ab eo lesi, constituveramus, coluimus hactenus firmissime. Et quamvis ex conditionibus pacis teneretur ille, quotiescunque contra Moschum expeditionem bellicam instituveremus, eundem hostem nostrum bello persequi, eoque nomine a Nobis annuum donativum acciperet, licetque per tres expeditiones, quas superioribus annis in Moschoviam feceramus, minime officio suo satisfecerit; ferimus tamen Nos id Serenitatis Vestre amicitie respectu, quum Nobis significasset, se illius contra Persam uti opera, ut illi nihilominus solitum donativum mitteremus.

Interim vero ille, et amicitie et beneficii nostri immemor, nunc damnis dandis, nunc verbis et scriptis contumeliosis Nos lacessebat, ac cum hoste nostro Moscho per nuntios tractationes suas habuit, et consilia communicavit, atque nescimus que munera, ab hoste nostro illi missa, que ad Samaram in terra sua, ultra fines nostros itinere aliquot dierum amisit, per literas admodum contumeliose ad Nos scriptas, a Nobis satis imperiose petiit, quod iniquissimum fuisse, etiam Serenitas Vestra literis suis Nobis declaravit. Preterea collectis copiis supra fluvium Borysthenem in loco Mamanay in ipsis confiniis nostris, satis arroganter et superbe denunti avit Nobis, nisi infra bimestre pro amissis suis muneribus satisfaceremus, et ad ipsum ad eum locum

CXIX. (1) Jestto odpis na list sułtana z dnia 10 marca tego roku, tudzież na drugi z tejże daty o zwrócenie posłów jego z Carogrodu, którzy do nas nie dojechali. Ustęp pierwszego listu o zawarciu z cesarzem Rudolfem rozejmu nie dostał się do naszej kopii.

legatum nostrum mitteremus, se iturum cum copiis in terram nostram, atque satisfacturum sibi, et cum exercitu, quem paratum haberet, regnum nostrum ferro ac igne vastaturum. Sane haec illius insolentia talis fuit, quae Nos merito movere potuit, quaque minime illi ferenda erat. Itaque necesse fuit, ut exercitum nostrum mitteremus, et nisi Nos amicitia Serenitatis Vestrae tenuisset, facile re ipsa minas ejus vanas fuisse ostendissemus, sed interim saltem paratii esse opus habuimus, ut si vi agere Nobiscum vellet, pro eo jure quod natura etiam omnibus animantibus indidit, vim vi repelleremus. Itaque exercitus noster non est praetergressus fines, neque eum extra fines secutus. Nihil igitur illi accidit ex parte nostra ab amicitia nostra cum Serenitate Vestra alienum, pacique contrarium, nec est quod suspicari aut vereri [possit, ne] quid hostile ex parte nostra habeat. Exeat modo in Persidem securus: tribuemus id amicitiae Serenitatis Vestrae, ut pacem cum illo colamus, nec donativa consueta illi denegamus. Insolitum a Nobis nil petat, nec aut factis, aut verbis et scriptis contumeliosis Nobis injurius sit. Scribimus illi literas, hominemque nostrum cum iis mittimus, quibus ipsum Serenitatis Vestrae amicitiae causa, de pace et donativis assecuramus.

De supellectili atque facultatibus Janculae, nihil aliud affirmare possumus, quam quod prius literis nostris Serenitati Vestrae perscripsimus. Cum videlicet, quum ex Valachia fugeret, in ipsis finibus incidisse in milites quosdam, qui hinc et inde ad rumorem fugae ejus confluentes, aliqui acceptis ab eodem antea calamitatibus et damnis, eum fere omnibus excussere runt bonis. Exiguum prorsus, quid ex facultatibus suis non [fuit] direptum, Leopolim delatum. Neque profecto pateremur de re adeo exigua a Serenitate Vestra eam suscipi molestiam, ad Nosque totiens scribi, si non exemplum majorum eo in negotio considerassemus, quod non unum in re simili propositum habemus. Satis habuere semper Serenitatis Vestrae antecessores, ut palatini Valachiae in Poloniam profugi, nec suam expiarent culpam, quorum aliquod jam simile factum fuit, neque repetebant quidquam ex illorum facultatibus, quamvis majores, quam nunc in regnum hoc importabantur. Praeterea in Porta Serenitatis Vestrae quum nuntius noster percontaretur, an deberemus providere, si forte Jancula perditiones nostras fugere vellet, responsum illi est, hanc Nobis curam esse non debere. Quae vero post literas a Serenitate Vestra ad Nos missas sunt, ea non ante ad Nos delatae sunt, quam Jancula cessus esset.

Quamobrem faciat id Serenitas Vestra, ut nihil novum ab exemplo majorum eo in negotio a Nobis requirat, neque id a Nobis posceat, ut populi nostri, qui ut foedus perpetuum atque amicitiam cum Serenissimis Turcarum imperatoribus colant, damnos operam, si inquiri de rebus his videant, turbentur, quum

etiam in posterum de ejusmodi rebus, ut quaque objicerentur, respondere, ac si vel minimum quid peccaret, pro eo, ut aestimaretur, satisfacere, difficillimum esset.

Aliis in rebus Nos studium nostrum Serenitati Vestrae libenter probabimus, summamque nostram in foedere cum Serenitate Vestra colendo constantiam omnibus testabimur

Observatum antea fuit, ut relictae uxori, liberis et familiae capite plexorum palatinorum Valachiae, liberum permitteretur arbitrium conferendi sese ad Portam Serenissimorum Turcarum imperatorum, aut in regno hoc remanendi. Idem et nunc illis a Nobis est permissum, ut, si placeret, ad aulam Serenitatis Vestrae proficiscantur.

Ut Kusaci in finibus latrocinantes coerceantur, ea qua possumus sedulitate ex parte nostra curavimus, jamque justum numerum militum, propter eum saltem usum stipendio conductorum in confiniis illis alimus, ipsisque mandavimus, ut diligenter de id genus latronibus inquirant, nec illos ibi consistere patiantur, et quod possibile est, certe a Nobis providebitur.

Ex parte sendriacorum Serenitatis Vestrae, ut ea adhibeatur etiam cura, et prohibeatur in territoriis Bialogrodensi, Ocrakoviensi atque Tehinensi, receptus latrocinantium Tartarorum postulamus; inde enim saepius in subditorum nostrorum privatas possessiones incursiones fieri, id quod hoc jam anno ter per Bialogrodenses est factum, eademque possessiones exuri, homines et pecudes inde abduci, multaque damna identidem nostris dari, ex frequentibus nostrorum querelis audimus, dumque privati homines sua recuperare atque consequi cupiunt, fit ut utrinque inferantur damna.

Homines quoque Serenitatis Vestrae ac alii in ea loca, ubi nostrorum molendina fuerunt, et mellificia, ad habitandum a sendriaco Tehinensi mittuntur, et nostros ab iis pellunt, villasque in fundis nostrorum subditorum novas sendriacus Tehinensis locat. Quod si vero ex parte sendriacorum Serenitatis Vestrae iberitur obviam latrociniis et injuriis, fiet ut boni in quiete et otio vivant, mali vero, quibus Serenitatem Vestram scimus non favere, et Nos non favemus, meritas luant poenas.

Quod Serenitas Vestra induciis cum Germanis ad octennium prorogavit, non improbamus, si quidem Serenitati Vestrae id placuit. Sciat vero Serenitas Vestra eam rationem semper fuisse induciarum Serenissimorum Turcarum imperatorum cum Germanis, ut nihil ad regnum Poloniae pertinerent, et Polonis ac Germanis pro ratione temporis inter se agere liceret, nec tamen propterea induciae potentissimorum imperatorum cum Germanis turbarentur. Bene feliciterque valeat Serenitas Vestra. Datum Cracoviae, die ultima maii, anno 1583, regni vero nostri anno octavo.

CXX.

Uniwersał do wojewodów, kasztelanów, starostów w Koronie i WXLit.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Stefan z Bożey łaski Król Polski, etc.

Wszem wobec y każdemu zosobna, komu wiedzieć należy, oznaymuiemy. Gdy posłowie nasi W. Jan Chlebowicz, kasztelan Miński, podskarbi WXLit, y Urodzony Michał Haraburda, pisarz ziemski Litewski, którycheśmy na ziazd z posły Moskiewskimi na granicę Orszańską y Smoleńską, o wyswobodzenie więźniów z obudwu stron stanowić posłali, nic nie postanowili, y odłożyli to na dzień Narodzenia Panny Maryi, które święto ma bydź w roku teraznieyszym, tysiącznym pięćsetnym ośmdziesiątym y trzecim, miesiąca septembra ósmego dnia, według kalendarza starego niepoprawionego, dla tey przyczyny, iż nie wszyscy więźnie Moskiewscy, którzy w państwach naszych są, na granicę sprowadzeni byli, czego się posłowie Moskiewscy u posłów naszych domagali; a iż wyżey mianowani posłowie nasi dali Nam znać, że y na tym ziezdzie przyszłym postanowienie o wyswobodzeniu tych więźniów doyść nie będzie mogło, ieżeli wszyscy więźnie Moskiewscy na granicę ku temu czasowi sprowadzeni nie będą: przeto napominamy WMciów, zwłaszcza którzykolwiek więźnie Moskiewskie, synów boiarskich, albo strzelce u siebie maią, aby każdy takowy więźnie swoie ku temu czasowi wyżey pomienionemu, na granicę Orszańską y Smoleńską prowadził, y tam o wyswobodzeniu ich na okup, albo na odmianę przez też posły nasze, albo za wiadomością ich stanowił. Co aby wszem ku wiadomości przyszło, woiewodom, kasztelanom, starostom, dzierżawcom y namiestnikom ich przykazuiemy, abyście ten list nasz wszędzie przy kościelech, na targach, w mieściech y w miasteczkach naszych, w szlacheckich także y duchownych, obwołać, y wszem ku wiadomości przywieść y oznaymić rozkazali. Inaczey dla łaski naszey, y z powinności swych abyście nie czynili. Dan w Krakowie, dnia 6 miesiąca czerwca, roku Pańskiego 1583, panowania naszego roku ósmego.

Stephanus Rex.

pagatio ab eo contendant; ita tamen sibi persuadebit, Nobis quoque nihil, quam si id efficiet, gratius ab ea prestari posse. Reverendissimam Paternitatem Vestram quam optime valere cupimus. Cracovie, 27 maii, anno 1583.

CXXI.

Augustus, elector Saxonie, ad Stephanum regem Polonie.

90 85 Ex mss. bibl. Załuski 255.

Serenissime Rex. Serenitati Vestre Regie salutem dicimus, et operam nostram in omni officiorum genere deferimus.

Domine et affinis noster plurimum observande. Solliciti equidem hactenus fuimus cogitatione controversie, quam de Zatmaro et Nemeto motam fuisse [cum Cesarea Majestate] ad nos erat allatum. Hac molestia etsi nonnihil nos levarunt Serenitatis Vestre Regie littere, tamen quum his quedam de placito permutationis proposite dubitatio significetur, haud insolenter fortasse eramus facturi, si pro nostro in Rempublicam christianam perpetuo studio, a Serenitate Regia Vestra ambitiosis precibus peteremus, ne conditiones ad paciscendum allatas improbet, vel quia causa transactionis hujus cum Christianitatis commodo conjuncta est, vel quia ad veram gloriam et laudem Serenitatis Vestre multum interest, ut omnes intelligant, illam communis salutis potiorem, quam patrimonii sui rationem ducere, quamquam ne id quidem aliis bonis, aut majoris, aut ejusdem saltim estimationis, pro aliis traditis, minui videtur. Jam vero quum et honor quietis publice, et virtus Serenitatis Vestre Regie commonefactione nostra minime egeat, et nos prius etiam, quam ha littere perferrentur, ad summum profectum aliquid fore putemus, nihil quidem necesse est, nos regi christiane Reipublice amantissimo, pluribus verbis suadere pacem et concordiam, quod et Reverendissimum virum, Dominum Antonium Possevinum, quum se in causam hanc demitteret, studiose et diligenter feciße, jam dudum non dubitamus, et quo ejus est pacificandi singularis diligentia, et mirifica industria, non ante acquieturum, aut inde properaturum esse confidimus, quam ea, quo pro Reipublice christiane salute suscepit, rectissime expedierit, ut re tandem ad concordiam adducta, cum optima spe ad nos proficisci possit, ea deinceps quoque nobiscum acturus, quo non alias recte posse confici existimamus, nisi amicitia, quo tot retro annos inter Austriacos et Polonos proceres instituta, et a majoribus ad successores transmissa est, veluti conglutinata iterum, et firmata penitus fuerit. Id autem ut quamprimum fiat, et ut Serenitas Vestra Regia rectissime valeat, maximopere optamus. Dresde 4 nonas junii, anno 1583.

CXXII.

Wesele Jana Zamoyskiego z Gryzelda Batorówna.

90 86 Teka Naruszewicza 96. (1)

CXXII. (1) Opis tego wesela odbytego w Krakowie 12 czerwca 1583 roku, wyjęty jest z dzieła Bartosza Paprockiego: Herby Rycerstwa Polskiego, do którego czytelnika odsyłamy. W dziele tem przedrukowanem w Krakowie, 1858, jest od strony 877 do 883.

Jest drugie opisanie tego wesela prze[z] Reinholda Heidensteina pod tytułem: De nuptiis Illustrium Joan. de Zamoscio R. P. Cancellarii, et exercituum praefecti, ac Griseldis Bathorrhea, Christophori Transilvaniae Principis, et Serenis. Stephani Poloniae Regis fratris, filia, ad Illustrissimum Principem Georgium Fridericum, Marchionem Brandeburgen. in Prussia Ducem, R. H. S. R. epistola. Cracoviae, in officina Lazari, anno M.D.LXXXIII. Pisemko to przedrukował ś. p. Tytus hrabia Działyński w dziele: Collectanea vitam resque gestas Joannis Zamoyscii, etc. illustrantia. Posnaniae, 1861.

Między rękopismami biblioteki Kórnickiej jest jeszcze trzecie opisanie tego wesela, do 27 czerwca doprowadzone, z którego to tylko wypisujemy: Nie wesele było, żaden z biskupów ślubu dać nie chciał Panu Kanclerzemu, gdyż Panna heretyczka była. Starał się król o to, ale legat papierski consensum dać nie chciał, jednak biskup Kamieniecki (Marcin Białobrzeski), waryt się tego, że ślub dał. Rano w niedzielę stała Panna, albo te Panie Węgierskie, co przy niej były, imieniem jej (ale to było bardzo cicho), do Pana Kanclerza, że Panna nie chce zerwolić odpowiadać kapłanowi przy ślubie, aby zań strzała, jeśli jej nie przyrzecze w wierze Augustana confessionis onę zachować. Odpowiedział Pan Kanclerz, że nikogo nawracać nie chce, ani jej przywodzić nie będę, tego jej też bronić nie będę, aby nie miała przedemną wiary swej wyznawać, a on też swojej. I tak na tem stanęło.

Opisanie tego wesela jest przeplatane nawiadami na niem będących senatorów o różnych ważnych materyach, a mianowicie o umowie z Gdańszczany o cła morskie, o Inflanciech, gdzie król Duński po śmierci Magnusa zamki pobrał, o starostwie Kowelskiem, przez króla Zygmunta Augusta Moskwicinowi Krupskiemu nadanem, a po jego śmierci wakującem, o spaleniu Jakorlika przez Tatarów pod sprawą Samuela Zborowskiego. Ale, jak zaraz mówią, nic o tem nie postanowiono, niektóre materye na przyszły sejm odestano, który, jak wiadomo, nie doszedł.

CXXIII.

Georgius Fridericus, dux in Prussia, ad Dominum cancellarium

9087 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Dei gratia Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Prussia dux, salutem et studium, benevolentiamque nostram.

Illustris et Magnifice Domine, amice singulariter nobis dilecte. Ejusdem studii et benevolentiæ nostræ qualemcunque significationem, quam per legatos nostros in nuptiis Magnificentiæ Vestræ fieri mandavimus, quum opportuno loco et tempore, tum vero gratissimam accidisse, ex literis Magnificentiæ Vestræ libenter cognovimus, idque eo libentius, quum intelligamus, Magnificentiam Vestram nostrum in eamdem animum et studium inde perspicere, quo nomine abunde nobis satisfactum, proinde ulteriori gratiarum actione minime opus est. Noster enim in Magnificentiam Vestram, ut antea professi sumus, is est animus, ut, quæ ornamento et commodo Magnificentiæ Vestræ esse posse nobis videbuntur, minime simus prætermissuri. Pari studio res nostras Magnificentiam Vestram sibi habituram commendatissimas, nobis pro amore mutuo pollicemur. Magnificentiam Vestram prosperrime valere, atque ut nova hæc nuptia quam bono omine et felici auspicio coepta, ita deinceps quoque feliciter et prosperrime cedant, exoptamus. Data in arce Heidenburgensi, die 2 julii, anno 1583.

CXXIV.

Ad Fridericum Georgium, ducem in Prussia, a Domino cancellario.

Abg in wtrecun do Ihrol Durchlig w sprawach biskup Kurlandzkie

9088 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Illustrissime princeps, Domine observandissime. Facit insignis Celsitudinis Vestræ erga me propensio, egregiaque omnino voluntas, ut, quum ego singulari quadam cum fiducia, ab humanitate Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ profecta, non modo de publicis, sed privatis etiam rebus meis non raro cum ea communicarim, nunc etiam prætermittendum non existimarim, ut de Sacræ Majestatis Regiæ consiliis quibusdam, aliisque ad communem Rempublicam pertinentibus, certiorem Illustrissimam Celsitudinem Vestram facerem. Jam dudum autem omni cogitatione atque cura in id incumbere Regiam Majestatem video, ut, constituta domi Republica, in vicinam Tartariam contra perpetuos christiani nominis hostes omnem armorum vim convertat, non modo quo tot annorum injurias atque superioris temporis vastationes ulciscetur, sed quia nihil unquam laudabilius proclariusque existimavit, quam ut, quum a bellicis consiliis non alienum prorsus animum gereret, si suscipiendum bellum esset, pro christiani nominis dignitate atque salute contra publicos ejus hostes potissimum depugnaret, cum christianis principibus et populis pacem amicitiamque perpetuo coleret, quorum et communis salutis causa, gravissimum contra barbaros bellum, si ita accideret, non recusaret.

Huic tam proclaro Regiæ Majestatis instituto, ne impedimenti aliquid fortuna objiciat, cogor nonnunquam vereri. Etenim ut de Serenissimi Sveciæ regis offensionibus, quæ gravissimæ in Regiam Majestatem profectæ sunt, quæque Illustrissimæ Cel-

situdini Vestrae minime ignotae sunt, nihil jam a me dicatur, praeter nostram sane quum Regiae Majestatis, tum aliorum expectationem accidit, ut a Serenissimo etiam Daniae rege controversia jam hujusmodi aliqua Regiae Majestati moveatur, quae ad eam conjunctionem, quae inter Regiam Majestatem, et Serenitatem ejus, summa frequentique mutuae benevolentiae testificatione, multisque officiis, magno cum utriusque ditionum, totiusque adeo Christianitatis commodo culta hactenus fuit, disjungendam pertinere fortassis possit.

Nuntiatur autem Regiae Majestati ex Livonia, homines quosdam seditiosos, Illustrissimi quondam principis, Domini Magni, Holsatiae etc. ducis subditos, ac principem in his Joannem Baer, quum, ne immodicas largitiones, ab Illustrissimo olim duce Magno factas, ratas Majestas ejus haberet, vererentur, quamvis ne unquam fere Regiam Majestatem per ordinarios regni magistratus compellassent, egoque unquam verbum hac de re ab iis mecum habitum meminerim, nec earum omnium possessionum commodum ejus generis est, ut magnopere a Regia Majestate appeterentur, ad alienum patrocinium, ad Serenissimum Daniae regem se contulisse, et eum induxisse, ut homines quosdam suos, qui episcopatus Curoniae possessionem adirent, eo mitteret. Venit et hic superioribus diebus legatus a Serenitate ejus cum literis scriptis humanissime, [sed cum] oratione asperiori, quam ut [eam] a voluntate Serenitatis ejus profectam [arbitremur], et ipsae literae fidem facerent. Jam satis sane constat, quo tempore maximam Livoniae partem, ac in hac Kokenhausum quoque, Ascheratum, Lenvardum, et Duneburgum, arces, quae quam proxime Curoniae episcopatui imminent, Moschus occuparat, ex iisdemque arcibus jam omnem agrum illum infestabat, ipsam quoque [Curoniam] brevi in potestatem Moschi venturam fuisse, qui jam totum illum tractum usque ad fines Prussiae spe atque cogitatione praeceperat, oratione etiam usurpabat, nisi Regia Majestas suscepto bello opem ei tulisset. Quare ad Regiam Majestatem quod attinet, etsi universam provinciam Livoniae optimo jure ad regnum suum pertinere minime ignorabat, quum tamen eo tum illius fortuna esset, ut denuo fere a potentissimo ferocissimoque hoste, maximis et periculis et sumptibus recuperanda esset; minime eo animo erat, ut alios principes, qui ipsi quoque sumptus ac laboris aliquid ad eam liberandam conferre velint, vel excluderet, vel laudem ex communi fere omnis humanitatis hoste [debellato eis eriperet]. Quare Serenissimo Daniae regi, quum ille consilium id Regiae Majestatis de bello contra Moschum gerendo, cumprimis sibi probari ostendisset, societatis praeterea aliqua mentio fieret, ita tum Regia Majestas respondit, ut commissarios ea de re utrinque mittendos sibi videri diceret, privatim tamen per ministrum Serenitatis ejus, Farensbecium, ei renuntiaret, ut si certam pecuniae quantitatem in bellum id ipse quoque conferret, communibusque viribus administrandum id susciperet, quominus pro modo collatae pecuniae et operae, Livoniae quoque, postquam ea recuperata est, pars Serenitati ejus cederet, minime recusaturam. Habuit tum suas quasdam rationes Serenitas ejus, cur a bello illo, totaque adeo Livonia abstinendum sibi judicaret (1).

(1) Nie zkleiło się projektowane między Danią a Polską, przeciw Moskwie przymierze. Król

CXXIV.

Quæ quum ita sint, nisi perditorum quorundam hominum callidis consiliis de statu humanitatis suæ nonnihil fortassis dimoveri se pateretur, minime vel ipsi Serenitati ejus æquum videri posse mihi persuadeo, ut vel in iis turbare Majestatem Regiam vellet, quæ, nisi ipsa summo labore atque sumptu suo fecisset, in aliena potestate jam essent, aut jam confecto bello ultro appetere ea velle videretur, quæ tum cum communi universæ provinciæ incendio atque periculo quodammodo jam conflagrarent, atque [quum] ipsa ad recuperanda ea conjuncta opera atque sumptu a Regia Majestate invitaretur, nulla ope atque auxilio suo sublevata, plane dereliquisset. Quæ sin minus forte apud Serenitatem ejus valerent, ut certe valere debent plurimum, quum Regia Majestas in minime controversa directi ejus episcopatus dominii possessione, et antehac semper fuerit, et adhuc est, ut qui, ut pristina omittantur, non modo armis dejecto Moscho, in universæ provinciæ ejus possessionem venerit, sed cui dux Magnus etiam, postquam a Moscho gravissimaque servitute revenisset, non se modo, verum etiam subditos suos (qui quum illi subjecti essent, non poterant alterius, quam cui fidem ipse dedisset, majestatem ac imperium colere), sacramenti religione adstrinxerit, indeque, quoad vixit, nullius alterius auctoritatem imperiumque agnoverit, [ut] maxime juris

---

Duński żądał przez posła swego, Jerzego Farensbacha, żeby Polacy odzyskali dla niego zabrane przez Moskwę w Inflanciech zamki, Hapsal, Lode, Leal, Fickel, i takowych przeciw wszelkiemu bronili nieprzyjacielowi, za co obiecywał przeciąć Moskwie żeglugę do Narwy. Sprawował to poselstwo Farensbach w Wilnie przed wyruszeniem wojska Polskiego pod Połock. Król chciał o to naprzód w listopadzie przez posły traktować, a miejsce na zjazd dla obu stron najdogodniejsze Szczecin podawał. Po wzięciu Połocka prosił o przedłużenie terminu do końca grudnia. A że sejm w tym roku bardzo się późno, bo dopiero w tym miesiącu zebrał, król posłał do Danii Piotra Smielowskiego z żądaniem odłożenia zjazdu pod koniec stycznia, tudzież z warunkami, pod któremi rozumiał że ten związek mógł się skojarzyć. Nie chciał obowiązywać się do odzyskania dla Danii powyższych zamków, aż się przekona jakiem je prawem król Fryderyk posiada. Nie mając zadość na przecięciu żeglugi do Narwy, żądał aby król Duński, jeśliby nie mógł przysłać swego, lub bądź ze Szkotów, bądź z Gaskonów zaciągniętego wojska, przyczynił się pewną summą do nakładów na wojnę z Moskwą. Piotr Smielowski spotkał się w Demminie z posłami Duńskimi do Szczecina jadącymi, dał im do odczytania te artykuły, i w dalszą puścił się drogę. Posłowie Duńscy dziesięć dni w Szczecinie zabawili, a choć im Smielowski powiedział, że Polscy dopiero pod koniec stycznia przybędą, nie czekając na nich, ze Szczecina wyjechali, i o tem 9 stycznia króla i posłów Polskich uwiadomili. Podobniejsza atoli do prawdy, że król Duński, któremu się nie podobały przywiezione przez Smielowskiego warunki, ztamtąd ich odwołał. Posłowie zaś Polscy, których nazwisk nie znamy, zapewne z miejsca się nie ruszyli: bo odebrawszy instrukcyą dopiero 12 stycznia, w parę dni dowiedzieć się mogli że Duńscy już ze Szczecina odjechali. Obacz należące tu dokumenta od 15 czerwca 1579 do 12 stycznia 1580 roku.

aliquid in ea bona competere sibi Serenitas ejus putaret. Quæ hujusmodi in causa ex principum christianorum more, jure denique ipso rationes suscipi debeant, minime Serenitatem ejus latere potest: non desunt nimirum [alii] modi, quibus jus suum quisque consequi possit, quum publicæ paci, tum communi omnium principum christianorum consuetudini, justiciæ, atque æquitati ipsi maxime convenientes.

Accedit hic, quod res, de qua agitur, ipsa per se sit levissima, vix exiguæ aliquæ arces supersint, earumque ipsarum jura reditusque omnes in privatos homines, non modo ejus loci subditos Regiæ Majestatis, verum etiam alios omnino districti, ut qui, quo ad eos animum adjiciat, Serenitatem ejus incitent, non tam ipsius, seu dignitatem, seu commodum aliquod spectent, quam privatum quæstum, ac ut conjunctissimos alioquin principes inter se mutuo bello illigent, ipsique publico potius, quam privato incendio conflagrent. Quæ omnia etsi facile mihi persuadeant, Serenissimum Daniæ regem, pro sua prudentia et æquitate, ita totum hujus negotii cursum moderaturum, ut ~~ne quid~~ [ne quid], quominus, uti hactenus Regia Majestas possidet, ita posthac etiam possideat, vi, quæ a jure et amicitia quam maxime est remota, vel suscipiat, vel id alienis etiam subditis contra communem omnium principum inter se necessitudinem receptum præstet, prudenterque secum expensurum, quanto mutua inter Regiam Majestatem et Serenitatem ejus amicitia conjunctioque, ~~quam~~ [quam] suscepta de tam exigua re controversia, quum utriusque ditionibus, tum toti Christianitati utilior, præstabiliorque futura sit; ..... [suo tamen præclaro quoque] quum communis inter principes christianos concordiæ, tum in Regiam Majestatem atque regnum hoc studio, rem dignissimam mihi Illustrissima Celsitudo Vestra factura videtur, si ipsa quoque, pro sua cum Serenissimo Rege Daniæ necessitudine, ad id Serenitatem ejus cohortata fuerit. Quod quum, quemadmodum minime dubito, pro mutuo publicæ tranquillitatis studio, non invita Serenitas ejus fecerit, ac si quid in eum episcopatum juris sibi competere existimarit, a communibus amicis et commissariis, in quos utringue convenerit, tractari cognoscique causam voluerit; etsi minime dubium Regiæ Majestatis jus sit, publicæ tamen pacis, et tranquillitatis causa, ita ex possessione sua Serenitati ejus respondere non detrectabit, ut neque æquitati, neque mutuæ benevolentiæ tuendæ defuisse videatur. De Illustrissima Celsitudine Vestra, uti minime dubito, eam, pro suo publicæ tranquillitatis amore, atque in Regiam Majestatem et communem Rempublicam studio, tantum, quantum ego propter ejus cum Serenissimo Daniæ rege necessitudinem atque affinitatem, hoc ipsum ~~ac~~ negotium ne ulterius, quam fortasis utriusque ditionibus, atque mutuæ vicinitati expediat, progrediatur, momentum adferre posse prospicio, libenter elaboraturam: ita ipsa quoque universos Ordines regni hoc sincero suo in Rempublicam animo, non mediocriter in futurum etiam sibi devincturam dubitabit. Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam optime valere cupio. Cracoviæ, die 2 julii, anno 1583.

CXXV.

Præscriptum legationis ad Serenissimum Daniæ regem, datum Generoso Jacobo Ponentovio, Sacræ Regiæ Majestatis secretario, Cracoviæ, die 3. julii, anno Domini 1583.

90, 89 Ex mss. bibl. ~~othecæ~~ Kurnensis, et ~~ciana et~~ Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Nuntius noster ante omnia operam dabit, ut, nulla in itinere mora interposita, quam primum ad Serenissimum regem Daniæ perveniat, primoque ei literis fidei traditis, salutem ac sinceræ nostræ erga Serenitatem ejus benevolentiæ studium nostris verbis deferat, inde in hanc, quæ sequitur, sententiam, legationem suam pronuntiabit.

Serenissime Rex. Quum superiori anno ad Serenissimum regem Poloniæ, Dominum meum clementissimum, cum binis literis aulicum suum Serenitas Vestra misisset, quarum alteris in negotiis, quæ cum Serenissimo Sveciæ rege Majestati ejus hujusmodi intercessissent, ut verendum esset, ne forte in apertum aliquod, atque utriusque regno periculosum incendium erumperent, si quid a se in communi consuli posset, singularis amoris sui studium officiumque Majestati ejus deferret, alteris privatum Henrici Ramelii negotium Majestati ejus commendaret: ita tum ad eas Majestas ejus respondit, ut brevi aliquem nuntium suum missuram ostenderet, qui accuratius de toto negotio illo, omnibusque, quæ cum Serenissimo Sveciæ rege Majestati ejus hactenus intercessissent, Serenitatem Vestram edoceret, Ramelio etiam locum diemque significaret, quo, si ita ei videretur, coram commissariis nostris contra eos, quibuscum ab initio contractum negotium esset, jus suum prosequeretur. Id etsi ab initio jam Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, facere in animum induxisset, prætermissum tamen hactenus adhuc fuit, non tam voluntate aliqua ejus, quam variis partim negotiis, ac ad remotiores etiam regni oras occupationibus, maxime vero..... quod quum superioris temporis cum Serenissimo Sveciæ rege tractationes hujusmodi fuissent, ex quibus ne in majorem exacerbationem res adduceretur, quam ut cum fructu aliquo in ea laboraretur, expectandum sibi Regia Majestas videret, ad hujusmodi tractatus eamdem cunctatiorem quodammodo facerent. Id quo eo melius Serenitas Vestra intelligat, ac quo in statu tota res sit, cognoscat, altius etiam aliquanto ac ~~cognoscat~~, a principio suscepti belli contra Moschum repetendum mihi existimavit.

Quum primum Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, gravissimis a Magno Moschoviæ duce injuriis provocatus, pro iis ulciscendis, inprimis vero pro Livonia provincia recuperanda, ex omnium Ordinum regni auctoritate bellum suscipere decrevisset, accidit, ut Serenissimus quoque Sveciæ rex, quod non levioribus a Moscho injuriis affectus esset, justæque belli causæ cum eodem hoste intercederent, non modo consilium id Regiæ Majestatis non improbaret, verum ad suscipiendum bellum ultro potius per literas eam hortaretur, societatem præterea, ad quam ineundam promptum paratumque se ostendebat, proponeret. Cujus etsi eæ conditiones ultro citroque proponerentur, quibus coire non potuerit; nihilominus tamen, vel ex ipsa tractatione, in qua diserte a Sacra Regia Majestate proponebatur, non aliter se illam inituram, quam ut tota Livonia, et quicquid cis flumen Narvam esset, sibi cederet, quæ vero ultra Narvam flumen Moschoviam versus essent, [regi Sveciæ relinquerentur], satis Serenissimo regi Sveciæ liquebat, pro Livonia bel-

lum suscipi, et ita suscipi, minime obscurum ut esset, de jure in provinciam eam suo nihil illi Regiam Majestatem decessuram, quum id potius ageretur, ut Revaliam quoque et quæ tunc Serenissimus Sveciæ rex teneret, Regiæ Majestati permitteret, conditiones etiam, quibus id fieri posset, a Serenissimi regis Sveciæ parte jam proponerentur.

Verum quum ita conditiones societatis tractarentur, ut, dum illa conveniret, non differendum sibi bellum Regia Majestas existimaret, jamque cum exercitu in hostiles ditiones irrumperet, de eo etiam quamprimum per oratorem suum, Gosliciam, Serenissimo Sveciæ regi ita significandum existimabat, ut et ad invadendum una secum hostem hortaretur, et juri suo protestando caveret. Qua expeditione quum benignitate divina Polociam, totumque ducatum Polocensem recepisset, hostis autem spiritus tot rerum secundarum successu elatos non mediocriter victoria hæc infregisset, mox altera expeditione suscepta, jam in ipsa etiam Moschoviæ viscera per immensas pene inviarum silvarum, ac fluminum difficultates, eo omnino consilio arma transtulit, quod si Livoniam circumeundo, proximas quasque illi arces ab hoste cepisset, ac, quod hac ratione fieri necesse erat, ab omni præsidiis suis, vel auxilii, vel commeatus submittendi facultate cum exclusisset, paulo post universam provinciam, et, quod vel maxime spectabat, ab ejus belli vastitate atque clade pene intactam, ultro in potestatem suam perventuram providebat. Itaque quum non minori felicitate etiam secunda expeditione, Vielcoluco arce maxima et instructissima, ac aliis præterea munitissimis arcibus et castellis in potestatem redactis, exercitu hostili ad Toropetiam fugato, bellum administraret; sub idem tempus continuis legationibus ab hoste, qui jam belli hujus eventum conjectura præsagiebat, ultro missis, ad pacem dandam sollicitabatur, quibus in transactionibus omnibus nihil tam, quam de integra Livonia cedenda, et de Serenissimo Sveciæ rege, pro eo mutuæ necessitudinis ac affinitatis jure, quodque id Serenissima conjunx ejus vehementer a se contenderet, eadem pace comprehendendo urgebat.

Offerebat hostis Livoniæ arces eas, quæ tempore interregni ante ingressum in regnum Majestatis ejus captæ essent, de universa Livonia adhuc tergiversabatur. Quærit interim per literas a Majestate ejus Serenissimus Sveciæ rex, quas potissimum Moschoviæ partes, tertia hac expeditione cum exercitu petiturus esset. Id quum pro suo candore atque sinceritate Regia Majestas non gravatim illi tum aperuisset, ac ad Plescoviam se iturum ostendisset, ministris etiam illius per ditiones ejus pro Serenissimo Sveciæ rege scribendi ducendique [militis] potestatem sibi fieri petentibus, quum non aliam in rem usurum eo, quam ut legatos Moschi ex Germania venientes moraretur, orator ejus Lorichius diceret, literas, quibus id eis permitteretur, concessit, quum nihil minus futurum arbitraretur, quam ut Serenissimus Sveciæ rex vel in Livonia sibi quidquam usurparet, vel tam insigni injuria se afficeret, qui ut pacis communis beneficio eum comprehenderet, nihil non suspiciendum existimabat.

Accidit tamen præter omnem opinionem ejus, ut aliquæ interim arces Livoniæ ex iis, quæ ad Vicam pertinent, a Serenissimi Sveciæ regis copiis captarentur. Fecit tum Regia Majestas, ut, de quo ante etiam minime dubium illis esse poterat, Serenissimi Sveciæ regis exercitus præfecto, ipsique Serenissimo Sveciæ regi, hoc idem ne eas attingeret, denuo tamen

denuntiaret, (eo fere tempore, quo legatio Moschovitica, iterato Vilnam ad Majestatem ejus missa, universam Livoniam, Narva saltem, Laisio & Neuschlosio, vasta arce, et Neuhausio exceptis, concederet. Quas conditiones inprimis sibi utiles Regia Majestas amplectendas tamen non existimabat, tum quod nihil prorsus de Livonia Moscho decedendum arbitraretur, tum quod sine Serenissimo Svecia rege pacem habere nollet. Itaque longissimis itineribus, maximisque impensis, atque laboribus denuo susceptis, ad Plescoviam urbem, totius Moschovia notissimum propugnaculum, quaque Livonia ita imminneret, ut per eam omnia fere auxilia commeatusque in Livoniam submitterentur, penetrat, arces aliquas partim capit, partim ab hoste metu desertas occupat, ducem ipsum, exercitu alio Stariciam versus misso, ubi tum dux erat, perterret, maximaque terrarum spatia, qua supra Novogrodum, qua versus Stariciam, complexus, aditus omnes, et vias hosti in Livoniam intercludit, hoc certo animi instituto, ut ne hieme quidem exercitum deduceret, omninoque non prius ab obsidione abscederet, quam vel ad cedendam sibi Narvam, reliquasque, unam atque alteram, ac partim desertas arces, quas superiori tractatione exceperat, eum adigeret, vel Plescovia potius deinceps ulterius in Moschoviam ad ipsum hostem contenderet, ad quam rem perficiendam jam duorum sequentium annorum sumptus ab Ordinibus Majestati ejus decreti erant. Facile veniebat in mentem et ipsi hosti reposcenti Livoniam, ex ratione recta gerendi belli Plescoviam eundum. Itaque urbem per se ante munitissimam, detracto ex aliis arcibus et plerisque Livonicis milite, maximaque commeatus, tormentorum, ac apparatus bellici copia, ac omnibus fere viribus suis in eam collatis, ita instruxerat munieratque, ut eam munire debebat, in qua omnes fere reliquas spes suas, ac non Livonia modo, sed et universi Imperii sui tuendi rationes collocatas existimabat: itaque quum non ita subito ejus generis urbs capi posset, longiore obsidione egeret.

Interim Svecicus exercitus, cujus magnam partem Dantisci iis, de quibus supra dictum est, literis, adjuti ministri ejus conquisiverant, arcibus Livonicis, quæ a Moscho tenebantur, præsidiario milite fere nudatis, maxime autem commeatu destitutis, adituque omni ~~hosti~~ hosti in Livoniam intercepto, ab omni non auxilio modo, verum spe etiam auxilii exclusis, ideoque ~~hostibus~~ passim jam Moscis eas deserentibus, ac ut qui fere ad eas reposcendas ex privatis etiam ~~hostibus~~ hominibus, quorum non pauci ex subditis Sacræ Regiæ Majestatis fuerant, accessissent, decedentibus, Narvam, aliasque quasdam arces vicinas, dissimulatis literis, quibus ne id faceret, amice Sacra Regia Majestas Serenissimum Svecia regem monuerat, occupat, indeque ulterius a Moschovia, in quam maxime arma, ac vastitatem inferre illum et par fuerat, et Regia Majestas illaturum expectabat, ac flumine Narva in penitiorem Livoniam introgressus, Album Lapidem quoque fame in deditionem adigit, ab eodemque longius etiam adhuc in interiorem Livoniam se recipiens, Pernaviam premit, inque Regiæ Majestatis victoria, quæ belli præmia ab illa peti, jamque hostis concessione ejus esse sciebat, ab omni præsidio hostili fere nudatam, quum ipse intercepisset, tum demum post captam Narvam literas ad Regiam Majestatem Serenissimus Suecia rex dat, quibus ad priores ejus respondet, omniaque occupantis fore ostendit.

Quæ quum sint indignissima, quo animo a Regia Majestate ferri debuerint, pro sua prudentia facile Serenitas Vestra perspicit. Nam ut jure inter principes, dignitate pares, usitato, quum alter in alterum imperium non habeat, non potuisse sibi legem ferri Serenissimus Sveciæ rex contendat, aut quas potissimum partes terræ hostilis invaderet, a Regia Majestate præscribi, id ut alias verum sit, hic certe nullum locum habere nemo non videt, quum ea, quæ occuparet, non tam ad hostem, quam ad amicum et affinem principem non solum jure directo, sed ipsius hostis cessione jam pertinere, magnoque sumptu, ac labore, ac plurimo sanguinis effusione ab eodem hoste parta sciret. Nihil enim juris Serenissimum Sveciæ regem in Livonia unquam habuisse, vel ejus ipsius literæ, quæ adhuc ostendi possunt, quibusque, quum frater ejus Ericus Revaliam occuparet, nullo jure ab eo Livoniam appeti profitetur, satis testantur. De hoc igitur ut minime Serenissimus Sveciæ rex dubitare potuit, ac eo quidem minus, quod idem tot nuntiis et literis Regia Majestas contestata esset: ita quando præterea cum sumptu laboris, ac sanguinis impendio in eas angustias hostem redegisset, ut, quum nullius antea vires potentiæ ejus pares viderentur, tum tamen vel ipse Serenissimus Sveciæ rex arces ejus captare passim posset, non etiam illum fugiebat. Etenim cujus opera vel Narva ipsa, aliæque arces in Serenissimi Sveciæ regis potestatem venerint, quilibet facile animadverterit, qui priora tempora, quibus, ut reliqua omittantur, quæ Serenitati quoque Vestræ ignota fortassis non sunt, idem Serenissimus Sveciæ rex, Regia Majestate ad Vielcolucum tum cum exercitu existente, classe Narvam profectus, infecta re, discedere coactus est, cum hisce, quibus non ipse modo Narvam, sed multi alii quoque, privati complures, alias arces passim, Moscis metu, consternatione, et auxilii desperatione eas deserentibus, occuparunt, postrema item hac, quibus Moscho jam fracto, ac Czeremissorum et Tartarorum bello impedito, a Serenissimo Sveciæ rege Weteburgum, castellum, cum ignominia et detrimento tentatum est, contulerit. Itaque quum inter privatos incivile existimetur, ad ea, quæ jam licite ab alio occupata sunt, alios accedere, quis inter principes, eosdemque arctissima inter se necessitudine conjunctos, quum existimet, quibus de rebus non solum cum hoste tractatione instituta negotium quodammodo contraxerit, verum quibus hostis ipse alteri jam cesserit, quæ etiam sine cessione ex optimo jure ad alium pertinuerint, in quæ denique tantum impensarum, laboris, sanguinisque exhausisset, ut vel his ipsis suas eas feciisset, alium intercipere? verum ita adhuc hæc dicuntur, quasi simplex hæc injuria foret, quæ arces, ... saltim eas, quæ optimo jure ad Regiam Majestatem, Dominum meum clementissimum, pertinebant, et si non potius superiorum quoque annorum fructuum magnam partem, ultimi certe sumptum laboremque fere omnem ei abstulerit. Nam quum Moschus jam ante universam Livoniam, ac in hac Album Lapidem quoque Narva, unaque atque altera arcibus exceptis, Regiæ Majestati permisisset, ita ut de his solis fere bellum tum esset, si Serenissimum Sveciæ regem in eas quicquam sibi usurpaturum, aut suis copiis interceptaturum cogitasset, facile certe et sumptu belli ejus, et labore vacare potuisset, quem, quamvis nullus belli labor levis videri possit, eo tamen majorem ea expeditione pertulit, quo magis illi non modo cum ferocissimo hoste, urbeque omnibus rebus

munitissima, sed in regione ipsis fere trionibus expasita, savissima hieme, cum aëris etiam coeli que injuriis, ac natura fere ipsa pugnandum erat. Jam vero dum nihil minus expectat, quam ut Serenissimus Svecia rex in aliena victoria suam prædam faceret, non modo ejus expeditionis sumptuum omnium, susceptorumque laborum, verum superiorum etiam fere non exiguæ partis jactura facienda ei fuit. Etenim quum Moschus Regiæ Majestatis ejus constantia, continuis incendiis, suorumque cladibus ac vastitate, quæ supra Novogrodiam ipsam, inque ulteriorem Moschoviam quam latissime circumferebatur, tum Plescovio ipsius periculo tandem adductus, iterum ad pacem tractandam se convertisset; etsi videbat Regia Majestas in sua omnino potestate conditiones pacis futuras, vel potius, si duceret obsidionem, totam etiam rem se confecturam non desperabat; quum tamen Serenissimi regis Svecia copiæ arces in Livonia, quas hostis Regiæ Majestati jam dabat, nihilominus obsidione premerent, apparereturque in ea exiguitate præsidiorum Moschoviticorum, commeatusque auxilii, ac omnium rerum inopia, uti ~~hanc [ita et]~~ ita hasce quoque reliquas, in potestatem earum perventuras, ne in Livonia majus aliquod incommodum acciperet, eo tandem descendere coacta est, ut multo levioribus conditionibus hosti pacem daret.

Interim tamen in ipsa tum pace ~~tum~~ tractanda Regia Majestas nihilominus, pro sua constantia, et cum Domino Antonio Possevino, summi pontificis nuntio, agebat, tum legatis suis in mandatis dabat, ut nihilominus tamen de ipso quoque Serenissimo Svecia rege ea pace comprehendendo omni studio contenderent. Verum quum tanta Moschi pervicacia esset, ut nullo modo ei assentiri vellet, eoque solo capite, Livoniam universam legatis Moschorum cedentibus, perfectio pacis jam impediretur, copiæ vero Serenissimi Svecia regis, quemadmodum ~~quam~~ ante ostensum est, Parnaviam premerent, eadem causa, qua maturare pacem adducti fuissent, sine hac quoque conditione concludere tandem coacti sunt, ne, dum pro Serenissimo Svecia rege laborarent, ab eo majus detrimentum in Livonia acciperent, maxime quum Serenissimus Svecia rex toto illo tempore, quo ad Plescoviam ipsa Regia Majestas fuerat, nullam vel per nuntios, vel per literas significationem dedisset, ex qua cupere eum pace illa comprehendi intelligi potuisset. Ita tamen eam concluserunt, ut aperte ~~aperte~~ Moschis declararent, Serenissimi quoque regis Svecia negotia Majestati ejus propter affinitatem, ac mutuam necessitudinem, nisi Moschus justis cum eo conditionibus pacem componere ~~componere~~ vellet, cura fore.

Etsi autem indigne sane, quemadmodum ~~quam~~ debebat, quæ acciderant Regia Majestas ferebat, non usque eo tamen vel communis inter principes christianos concordia, vel mutuæ necessitudinis, vel ipsius denique humanitatis obliviscendum sibi arbitrabatur, ut non quo amice ea controversia componerentur, tentaret. Accedebat eo hæc quoque causa, quod quum Moschus, qui ex præsidiis arcium Livonicarum satis justum exercitum coactum haberet, ipsam Narvam, ac alias arces, quæ a Serenissimi regis Svecia præsidiis tenebantur, quamprimum aggressurus crederetur, vereri Regia Majestas cogebatur, ut, si Serenissimus Svecia rex ad resistendum illi imparatior forte esset, non tam sibi, quam Regiæ Majestati eas perderet. Itaque legatos statim suos Riga ad eum misit, ut iis de rebus tractari posset, easque tum conditiones proposuit, ex quibus suum æquitatis, juris, mutuoque

necessitudinis studium cuivis facile apparere posset. Nam quum esset illa, ~~quam~~ quemad modum ostensum est, irruptio Moschi expectanda, [agi] cum Serenissimo rege Svecia jussit, ut, si quæ inter ipsos essent controversiæ, per nominatos utrinque arbitros commissariosve definirentur. ~~Quum~~ Quum vero summis viribus propediem Narvam Moschus oppugnaturus diceretur; ne, si forte minus resistendum illi virium in ea esset, uterque ea excideret, Regiæ Majestati, præsidio illius immisso, eam traderet. Quod quoniam propter pacem, quæ Moscho cum Regia Majestate esset, aggredi illam tum non posset, non modo Narva hac ratione tuta futura esset, verum reliquæ quoque arces, quæ in Livonia a Serenissimo Svecia rege ita tenerentur, ut Narva illis objecta esset, simulque ipsum, conjunctis copiis, omnibusque viribus suis contractis, ad defendendam Finlandiam longe paratiorem futurum, si nec arces controversæ contra vim hostilem defende~~ntur~~ndæ ei essent, nec copiæ in arcium illarum præsidia distrahendæ. Interim vero si per commissarios tolli controversia illa non posset, Regiam Majestatem quocunque tempore ad eandem Serenissimo Svecia regi restituendam paratam fore, alias vero juris sui obtinendi rationes inituram, eoque nomine quam amplissime idoneque ei cauturam. Ad hæc simul, si ex æquitate controversias hasce componi passus fuisset, ut pacem quoque cum Moscho ei conficeret, operam se daturam Regia Majestas ostendebat, aut si eam conficere non posset, justum numerum equitum, in quos nihil prorsus ille irrogaret, in belli Moschovitici usum ei collaturam, ex eorum nimirum ~~numero~~ genere, qui quum pro beneficiis a divo Sigismundo Augusto acceptis, et officio erga Serenissimam reginam conjugem ejus, ~~item~~ pro libertate gentis Polonicæ ubivis sine præjudicio regis ac regni Poloniæ militandi, libenter eam in militiam venturi essent. Omni eos sumptu Regia Majestas instructura, omnique conatu eo deinceps rem perductura esset, ~~et~~, ut eadem plane pace, qua Regia Majestas, Serenissimus quoque Svecia rex comprehenderetur.

Quibus ex rebus omnibus, etsi satis communis inter christianos principes concordiæ, mutuæque cum Serenissimo Svecia rege necessitudinis tuendæ Regia Majestatis [animum] perspicere potuisset; tanta tamen Serenissimi ~~regis~~ Svecia regis vehementia exarsit, ut non modo omnem amicæ tractationis rationem ~~exclauderet~~ plane repudiaret, verum nonnulla etiam contra Regiæ ~~Majestatis~~ Majestatis ipsius, multa et gravissima contra Ordinum Poloniæ dignitatem aspere diceret, legatos Regiæ Majestatis, contra omnem principum christianorum morem, dum postulata sua exponerent, frequenter crebroque interpellaret, modo objurgaret, plurimaque cum eorundem legatorum, quorum tamen apud omnes gentes nomen venerabile est, contempta partim fierent ab illo, partim dicerentur. Quod eo magis Regiæ Majestati mirum visum, quo magis id contra omnium principum atque regum morem, qui in maximis etiam offensionibus, ac summa odiorum acerbitate, verborum tamen contumelia abstinere se solent, fieri animadverteret.

Jam communis inter christianos principes concordiæ studio, tantique incendii, quo magna christianarum provinciarum pars corripi posset, avertendi, mutuæque denique affinitatis cura ad pacem et amicitiam cum Serenissimo Svecia rege colendam, duci quidem se Regia Majestas sentit. Nam hæ nisi causæ illam retinerent, uti potentiores hostes suos, Dei benignitate, non difficulter in ordinem redegit, ita a Serenissimo quoque Svecia rege jus

suum consequendi non defutura ei rationes essent; ab altera tamen parte, rebus utrinque ita exulceratis, ac in eo Serenissimi Svecia regis animi morbo, non immerito etiam verendum sibi intelligit, si ad tractationem aliquam accedatur, ac ad priores contumelias atque injurias Serenissimus Svecia rex novas etiam adjungat, quas utissimine debent, ita ulterius ferri a se non possunt, dum paci concordiaque consulitur, ne in majorem exacerbationem et difficultatem res adducatur. Quare Serenitatis quidem Vestra communis benevolentia inter se et Serenissimum Svecia regem restituenda studium, quod superioribus literis suis Serenitas Vestra ei declaravit, Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, quum a praclaro in Rempublicam christianam studio et communis tranquillitatis cura profectum videat, non potest non summopere probare; quum tamen propter eas, quas demonstrata sunt rationes, omnino considerandum Regia Majestati sit, ne, si tractatio aliqua instituatur, latius potius incendium propagetur, idque ne etiam cum Serenitatis Vestra indignitate aliqua conjunctum sit, si [cum] Serenissimo rege Svecia, quam coepit, progrediente, tractatio suscepta minus succederet, eam huic rei accommodatissimam viam fore arbitratur, ut potius quam ad ipsum negotium accedatur, prius ex Serenissimo Svecia rege conditiones, quibus componi controversiam hanc vel velit, vel posse existimat, Serenitas Vestra cognoscat, ac deinceps cum Regia Majestate communicet, quas si hujusmodi esse, Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, intellexerit, ut aliquid ad amicitiam et concordiam accommodati sperari ex iis possit, ita ut se declaret, operam dabit, ut non modo aquitatis justitiaque, sed communis etiam inter principes christianos benevolentia retinentissimum quum Serenitas Vestra, tum omnes intelligant.

Ad privatum Henrici Ramelii ~~negotium~~ nomen quod attinet, quum satis jam superioribus literis suis Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, ostenderit, nihil omnino id cum publicis rationibus, atque se adeo, quas liberis Ordinum suffragiis in regnum accita, nihil [in eo] nisi publico jure possideret, commune habere, non necessarium est denuo eadem hic repetere. Quemadmodum autem semper Regia Majestas benigne ostendit, quum per privatos aliquos totam hanc rem gestam contractatamque intelligeret, ne eorum culpa reliquorum suorum subditorum fides in dubium ab aliquo vocaretur, diligentissime de iisdem jus se dicturam, eamque ob causam, jam ante biennium, Vilnam etiam diem illis edixerat, qui quum ab iis, tum a creditoribus obitus non fuerit, ipse etiam propter bellum Moschoviticum vacare ei [rei] non potuerit, quod superioribus ad Serenitatem Vestram literis suis facturam testata est, denuo jam judices suos in causa ea delegavit, eorum ~~tion~~ que nomina, delegationis instrumenta, mandata, aliaque, [quas] ad suscipiendum judicium necessaria eis essent, ut Henrico Ramelio ea traderem, perferenda mihi dedit: in ipsius igitur potestate erit, legitime a Regia Majestate constituto judicio, jus suum persequi. Nam ad Regiam Majestatem quod attinet, ~~quemadmodum~~ saepe jam testata est, pro suo justitia aquitatisque studio, auctoritatem suam magistratuumque suorum deesse ei non patietur.

Praterea vero, Serenissime rex, quum ea fere gubernationis, ac totius vita sua rationem Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, hactenus secuta sit,

ut omnem eam ad christiani nominis dignitatem utilitatemque publicam instituerit, nihil etiam fere honesta pace, atque mutua inter christianos principes concordia, quibus salutem commodaque omnia maxime contineri intelligebat, antiquius potiusque unquam habuit. Etsi enim a bellicis consiliis quoque non abhorrentem omnino animum habeat, ita tamen semper suscipienda ea sibi judicavit, ut quum ad alias potissimum partes illa converteret, non modo non labefactaretur iis status Reipublica christiana, sed quam maximum potius praesidium ad eum adjungeretur, ac contra hostes quidem nominis christiani nullum etiam, quamvis gravissimum bellum, si ita accideret, recusaret, cum christianis principibus perpetuo pacem amicitiamque coleret, benevolentiaque ac mutuis officiis potius cum iis certaret. Quo animo quum Serenitatem quoque Vestram esse, certo sibi Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, persuadeat, benevolentia Serenitatis Vestra erga se testificatione, sui etiam erga Serenitatem Vestram animi conscientia fretus, quae ad hanc conjunctionem, utrinque retinendam, pertineret, cum Serenitate Vestra per me nonnulla communicare non dubitavit.

Nuntiatur autem ejus Majestati ex Livonia, homines quosdam seditiosos, Illustrissimi quondam principis, Domini Magni, Holsatiae etc. ducis, ac principem in his Joannem Baer, quum, ne immodicas largitiones ab Illustrissimo quondam principe, Domino Magno, iis factas, ratas Majestas ejus haberet, verentur, ad Serenitatem Vestram, ac alienum patrocinium se contulisse, Serenitatem etiam Vestram homines quosdam suos, qui episcopatus Curoniae possessionem adirent, eo misisse. Miserat quidem a morte ducis Magni, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus episcopus Vilnensis, Sacra Regia Majestatis in Livonia locum tenens, qui ad debitam obedientiam Regiae Majestati praestandam eos hortaretur, quod tamen quum adhuc illi facere recusarent, ac ad Serenitatem Vestram rem rejicerent, lentius in hoc negotio Regia Majestas progressa est, quod quamprimum me ad Serenitatem Vestram ablegare constituerat, qui, ne contra communia principum atque humanitatis ipsius jura alienis subditis ullum receptum praestaret, coram etiam cum Serenitate Vestra agerem.

Quum autem minime Serenitatem Vestram fugiat, quo tempore maximam Livoniae partem, ac in hac Kokenhausum quoque, Ascheratum, Lenvardum ac Duneburgum, arces, quae proxime Curoniae episcopatui imminent, Moschus occuparat, ex iis denique arcibus jam totam regionem illam infestabat, ipsam quoque [Curoniam] brevi in potestatem Moschi, qui jam omnem illum tractum usque ad fines Prussiae spe atque cogitatione praeceperat, oratione etiam usurpabat, perventuram fuisse, nisi Regia Majestas suscepto bello opem illi tulisset. Ut de jure jam ipso, quod Regia Majestas in universam Livoniam habet, taceatur, minime sane Serenitati Vestra aequum videri Majestas ejus sibi persuadere potest, ut in iis turbare illam velit, quae nisi ipse summo labore atque sumptu, suorumque sanguinis profusione servasset, in potentissimi tyranni potestate jam essent. Ad Regiam Majestatem quod attinet, etsi universam quidem provinciam Livoniam optimo jure ad regnum suum

pertinere minime ignorabat, quum tamen ea paulo ante fortuna illius esset, ut denuo fere a potentissimo ferocissimoque hoste maximis et periculis et sumptibus recuperanda esset; minime eo animo unquam fuit, ut alios principes, qui ipsi quoque sumptus ac laboris nonnihil ad eam liberandam conferre vellent, vel excludere, vel [laudem] ex communi fere omnis humanitatis hoste invidere vellet. Itaque memoria adhuc tenere Serenitatem Vestram arbitratur, quum institutum id illius, et belli contra Moschum susceptum consilium Serenitas Vestra probaret, societatis praterea mentio fieret, ita tum Majestatem ejus respondisse, ut commissarios hanc in rem mittendos sibi videri ostenderet, per ministrum autem Serenitatis Vestra, Farensbecium, privatim ei renuntiasse, ut, si certam pecuniæ quantitatem in bellum id ipsa quoque conferret, communibusque viribus administrandum id susciperet, quominus pro collata pecunia ac opera, Livoniæ quoque, postquam recuperata esset, pars Serenitati Vestra cederet, minime Regiam Majestatem refragaturam. Quas tum rationes Serenitas Vestra habuerit, cur a bello illo, ipsaque adeo Livonia omnino abstinendum sibi judicaret, probe haud dubio Serenitas Vestra meminit.

Jam quum Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, tanto labore atque sumptu, quantum ejus molis bellum, tamque potentis hostis vires postulassent, facile Serenitas Vestra cogitare potest, e gravissima ac diuturna servitute, et immanissimi domini crudelitate, omnique periculo Mam eripuerit, si nunc appetere eam Serenitas Vestra velit, considerabit, pro prudentia sua, ne ab humanitate atque æquitate ejus alienissimum sit, si quum tum cum universa provincia incendio atque periculo quodammodo jam conflagraret, certis rationibus adducta, nulla ope, auxilio sumptuque suo dignam magnopere judicasset, eam nunc, postquam Regiæ Majestatis summo et indefesso studio, maximisque sumptibus servata est, vindicare sibi niteretur. Quæ tamen si minus apud Serenitatem Vestram valerent, ut certe valere debent plurimum, tamen quum Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, in directi dominii episcopatus ejus possessione, et ante hac semper fuerit, et adhuc etiam sit, ut qui, ut pristina omittantur, non modo armis dejecto Moscho in universa ejus provincia possessionem venerit, sed cui dux etiam Magnus, postquam a Moscho, cujus in se commutatum animum, gravissimas que injurias ac contumelias expertus fuerat, revenisset, non se modo, verum subditos etiam suos (qui quum illi subjecti essent, non poterant alterius, quam cui fidem ipse dedisset, majestatem ac imperium colere), sacramenti religione obstrinxerit, indeque, quoad vixit, nullius alterius auctoritatem imperiumque agnoverit, ut maxime juris aliquid in ea bona competere sibi Serenitas Vestra putaret. Quæ hujusmodi in causa ex principum christianorum, benevolentia atque amicitia inter se conjunctorum, more, jure denique ipso, rationes suscipi debeant, minime Serenitas Vestra ignorat: non desunt nimirum alii modi, quibus suum quisque jus consequi possit, quum et publica paci, tum communi omnium principum christianorum necessitudini, justitiæ ac æquitati ipsi convenientes.

Quare pro mutua cum Serenitate Vestra benevolentia, amanter ab eadem postulandum Regia Majestas existimavit, ut ne quid, quominus uti hactenus possidet, ita post-

hac etiam possidere possit, vi, quo a jure atque amicitia quam maxime est remota, aut de facto susciperet, ullumve ex Majestatis ~~Vestrae~~ Regiae subditis contra communia principum jura atque necessitudinem suscipere velit. Id si fecerit, ac si quid in eum episcopatum juris sibi competere existimarit, a communibus amicis, vel commissariis, tractari cognoscique causam voluerit. Etsi minime dubium Regiae Majestatis jus sit, publica tamen pacis et tranquillitatis causa, ita ex possessione sua Serenitati Vestrae [respondere] non detrectabit, ut neque aequitati, neque benevolentiae ~~mutuae~~ mutuae defuisse videatur. Quod quum ratio justitiaque ipsa a Serenitate Vestra postulent, accedit vero huc etiam, quod res, de qua agitur, per se sit levissima, vix exiguae aliquae arces supersint, earumque ipsarum jura, reditus atque proventus fere omnes in privatos homines, non modo ejus loci subditos Regiae Majestatis, verum etiam alios omnino distracti, ut qui, quo ad eas [animum] adjiciat, Serenitatem Vestram incitent, non tam ipsius ullam, seu dignitatem, seu commodum spectent, quam privatum quaestum suum, ac ut conjunctissimas inter se principes mutuo bello illigent, ipsique publico potius, quam privato incendio conflagrent. Eo minus etiam hac in re laborandum sibi Regia Majestas existimat, quo magis ipsam quoque Serenitatem Vestram, salutaris in re publica christiana tranquillitatis, communisque inter principes christianos necessitudinis retinendae, pro caeteris studio teneri, prudenterque secum expensuram existimat, quanto mutua hac inter Regiam Majestatem et Serenitatem Vestram amicitia conjunctioque, et utriusque ditionibus, et toti Christianitati, quam suscepta de tam exigua re controversia, utilior praestabiliorque futura sit. Regia certe Majestas vicissim libenter operam dabit, ut, quanti et conjunctionem Serenitatis Vestrae, et publica tranquillitatis commodum faciat, quibuscunque ~~possit~~ poterit rebus ostendat.

Quae quum nuntius noster exposuerit, responsum scriptum a Serenitate ejus petet. Quod si vero in negotio Svetico conditiones aliquas Serenitas ejus illi proposuerit, aut ad ulteriores tractatus protrahere eum voluerit, ostendet, nullum se tractandi hisce de rebus, sed saltem ad Serenitatem ejus legationem suam referendi, indeque cum responso ad Nos se recipiendi mandatum habere. Quod si ulterius quid hisce in rebus suscipiendum sibi Serenitas ejus existimarit, cognita Serenissimi Sveciae regis hoc in negotio mente, quid ab illo intellexerit, mittere ad Nos posse, idque eo commodius, quod in dies jam naves per Serenitatis ejus ditiones Gedanum eant, ubi Nos nostrum aliquem hominem habituri sumus, quem magistratus civitatis ipsius indicabit, quique ea, quae a Serenitate ejus missa fuerint, quamprimum ad Nos perferat, indeque Nos vicissim, quid Nobis ea de re videatur, quamprimum Serenitati ejus significaturos. Responsum autem scriptum, tum de eo ipso, tum de Curonico maxime urgebit. Quibus omnibus in rebus, summa cum cura administrandis, studium fidemque suam nuntius noster Nobis probabit.

CXXVI.

Georgius Radzivill von Gottes Gnaden Bischof zu Wilna, Herzog zu Olika und Niesswiez, der Königlichen Majestät zu Pohlen Statthalter und Gubernator, dem Durchlautigen Fürsten und Herrn Gotthardten in Liefland zu Kurland und Semigalien Herzogen.

90, 90. Teka Naruszewicza 96. Ex mss. arch. Stan. Aug. regis.

Drobniejszym drukiem

Jerzy Radziwiłł, biskup Wileński, namiestnik królewski w Inflanciech, uwiadamia Gotarda Kettlera, xięcia Kurlandzkiego, iż posyła z wojskiem do biskupstwa Kurońskiego królewskiego komissarza, Stanisława Pękosławskiego, który za jego pośrednictwem ma się porozumieć z pułkownikiem Buttlerem, końcem dania oporu nieprzyjacielowi (Duńczykom). Datum Riga den 3 Julii, anno 1585.

CXXVII.

Martinus episcopus Vratislaviensis Stephano regi Polonia.

90 91 Ex mss. bibl. Załuski. 255.

Serenissime ac potentissime Rex et Domine, Domine clementissime! Regiæ Majestati Vestræ meas preces ac studia omni cum devotione offero. Superioribus annis, orta de finibus lite inter Illustrissimum Dominum Andream Opalinski de Bnin supremum regni marschalcum, Majoris Poloniæ generalem capitaneum, et Generosum Dominum Balthasarum de Kitlitz baronem, pro ea quæ mihi cum Domino Opalinski, longa et constans intercedit amicitia, partim literis, partim internuntiis actum concordatumque est, ut tum a Sacra Cæsarea Majestate, Domino meo clementissimo, tum a Sacra Majestate Vestra commissarii pari numero, comitatu, statu ac conditione designarentur, qui finium regendorum causa amice convenirent, querelas audirent, causas cognoscerent, controversias componerent, et cum ratificatione tam Majestatis Cæsareæ, quam Serenitatis Vestræ Regiæ transigerent. Placuit hæc res plurimum Cæsareæ Majestati, ut quietis et bonæ vicinitatis amantissimo, studiosissimoque principi, et anno proxime præterito Augustæ Vindelicorum, ubi Sacri Romani Imperii comitia celebrabantur, partes suas dedit mihi, et Generosis, nobilibus et strenuis viris, Domino Carolo a Biberstein in Forst et Doben, capitaneo Glogoviensi, Domino Sigfrido a Promnitz, libero baroni in Pletz, Sorau, Tribel et Eversverde, Matheo a Logau et Ahdendorff, ducatus Svidnicensis et Javrocensis capitaneo, Fabiano Schoneich in Sprottau, Czarlach et Parchwitz, equiti aurato, suæ Majestatis consiliariis, qui alacri et prompto rei publicæ inserviendi studio, commissionis onus libenter susceperunt. Perscripsi id sine mora ad Dominum generalem, eumque perbenevole aliquoties hortatus sum, siquidem ipsemet tam honesti sane et placidi consilii auctor fuisset, efficeret eodem modo a Majestate Vestra Dominos commissarios quamprimum constitui, ne injuriis vicinorum mutuo concertandi ac [vindicandi] ardore concrescerent, neve insidiis, rapinis et cædes exulceratos animos magis ac magis inflammarent. Jam quid impedimenti hactenus fuerit, quominus a Sacra Regia Majestate

Vestra Dominus generalis commissarios impetraverit, scire non possum. Illud interea paucis ad Regiam Majestatem Vestram scribendum esse duxi, ut ea clementer perspiciat, Sacram Cæsaream Majestatem jam pridem nihil magis desiderasse, quam per commissarios ex utroque regno pari numero et ratione constitutos, præfatam de finibus controversiam componi, et omnem odii ac inimicitiæ materiam tolli. Jam quum in dies de eodem negotio literas a Domino generali expectarem, adfertur ad me ejus epistola, nescio de qua concertatione atque conflictu in ipsis limitibus, sicut Majestas Vestra Regia ex adjuncto literarum exemplo cognoscet, de qua re tamen Sacræ Cæsareæ Majestatis subditi ne unum quidem verbum ad me miserunt. Non omisi autem quamprimum Domino Carolo a Biberstein, capitaneo Glogoviensi, scribere, ut si quos turbulentos esse homines deprehenderit, a vi publica et injuria arceret, fremitum compesceret, omnes in officio contineret, denique quo in loco res sit, Cæsaream Majestatem sine mora edoceret. Persuasum sane mihi habeo, quod Sacra Regia Majestas Vestra, cui a Domino Deo omnem regendi et gubernandi felicitatem precor, pro sua insigni et regia sapientia, suorum ac vicinorum quoque tranquillitati prudenter consuleret, et commissariis constituendis curam non abjiceret. Id ut faciat Regia Majestas Vestra, subditorum salus, publica tranquillitas, mutua concordia, vicinitatis vinculum, et meæ cum omni devotione animi preces optant et exposcunt. Quod reliquum est, Sacram Regiam Majestatem Vestram, cujus benignum expecto responsum, diu salvam et incolumem vivere, ac florentem regnis et provinciis suis præesse precor. Datum Nissæ, 5 julii, anno 1583.

Post scripta.

Scriptis hisce literis, necdum obsignatis, affertur ad me Generosi Domini Kitlitzii baronis epistola, in qua gravissime conqueritur, se absente, sacra die Dominica, Illustris Domini generalis præsidiarios milites et servitores hostili animo et manu militari impressionem in suum fundum fecisse, pecora abegisse, et nobiles quosdam viros, Sacræ Cæsareæ Majestatis subditos, eorumque servos aliquot, qui concordiæ potius, quam inimicitiæ causa, abactores subsecuti sunt, crudeliter trucidasse, quod Majestatem Vestram Regiam celare non potui, nec debui, cujus clementiæ me devotissime commendo. Datum ut in literis.

Litera fidei ad Fridericum Secundum regem Daniæ.

90 93 CXXVIII. Ex mss. bibl. Załuski 255.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc.

Serenissime Rex, vicine et amice noster charissime. Mittimus ad Serenitatem Vestram negotiorum quorundam causa, Generosum Jacobum Ponentovium, pincernam Lanciciensem, et secretarium nostrum. Illi ut Serenitas Vestra in iis, quæ hisce in negotiis nomine nostro exponet, non secus ac Nobis ipsis fidem habeat, amanter a Serenitate Vestra postulamus, pari benevo-

lentia omnibus in rebus vicissim Serenitati Vestrae responsuri. Quam optime valere cupimus. Cracoviae, die 7 julii, anno Domini 1583.

CXXIX.

Alberto Bolognetto, vescovo di Massa, al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri T. III. p. 733.

Drobniejszym drukiem

Nuncyusz posyła papieżowi list Jerzego, xięcia Słuckiego, który z trzech braci sam jeden tylko w schyzmie był pozostał, a teraz za staraniem nuncyusza nawrócił się na wiarę katolicką. Trzymał się on dla tego tak długo wyznania Greckiego, jak upewniał nuncyusza kasztelan Podlaski (Marcin Leśniowolski), iż mu się zdawało, że starożytność jego rodziny wymagała po nim utrzymania ich wiary w swym domu. Dla tego także hojnie uposażył cerkwie Greckie w swych dobrach, mianowicie w Słucku, i co roku posyłał znaczną summę na potrzeby cerkwi, którą jego przodkowie zbudowali w Konstantynopolu. Di Cracovia alli 8 di luglio 1583.

CXXX.

Antonio Possevino al medesimo.

Annales Eccl. Theineri T. III. p. 736.

Drobniejszym drukiem

Ojciec Possewin donosi kardynałowi Komeńskiemu, że miał sobie udzielone przez xiędza Sokołowskiego dwa listy patryarchów, konstantynopolitańskiego i Alexandryjskiego, do xięcia Ostrogskiego po grecku pisane, w których go zachęcają do odrzucenia poprawionego kalendarza. Mieli o to Rusini synod, i teraz piszą, co mogą najgorszego przeciw Rzymowi i poprawionemu kalendarzowi. Spodziewają się tu króla, który od dziesięciu dni bawi się polowaniem. Pan Reszka dał do zrozumienia Possewinowi, iż życzeniem jest króla, ażeby Possewin towarzyszył Andrzejowi Batoremu do Rzymu. Possewin chce się z tego grzecznie wymówić. Di Cracovia li 8 luglio 1583.

CXXXI.

Andreas Opalinski de Bnin, mareschalcus regni, ad Martinum episcopum Vratislaviensem.

90. 94 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime princeps, et Reverendissime Domine, amice charissime et observandissime. Nudius tertius quum a Sacra Regia Majestate, Domino meo clementissimo, rediissem, cognovi subinde ex familiaribus meis, qui sunt in praefectura Wlosocoviensi, a Balthasaro Kitlitz cum ceteris ejus complicibus, vim ac caedes et injurias graves in meos subditos et servos fuisse factas: nam in villam meam Ciosaniec cum armata manu idem Kitlitz, impressione facta, complures ex meis servis et subditis violenter occidit, alios etiam vinctos abduxit, quos etiam nunc in vinculis tenet, pecoris etiam et mei, et subditorum meorum magnum numerum in Diden in Silesia ablegavit, frumentum in agris meis longe lateque protrivit, quae omnia postquam facta intellexi, graviter sane, ut debui, tuli, ut qui pacem et concordiam, tam cum finitimis, quam cum ceteris hominibus libenter colam et amplectar, atque omnia haec coram actis publicis officiose juxta consuetudinem regni deduxi. Missi etiam ab eodem Kitlitzio exploratores, qui de praefecto meo Wlosocoviensi

CXXXII.

Idem ad Regiam Majestatem.

Ex mss. bibl. Thurnicensis.

Sacra ac Serenissima Majestas Regia, Domine, Domine clementissime. Fidem, studium, etc. Vix decem milliaria itineris versus Majorem Poloniam sum emensus, ecce mihi triste nuntium de acerbo casu capitanei Nakelensis (1), fratris germani uxoris meæ, obviam adfertur, quem suæ uxoris avunculus letali afflixit vulnere, ex quo quidem casu spes incolumitatis et vitæ suæ prorsus dubia et desperata mihi exposita est. Quem quoniam unice semper dilexi, ideo mihi majorem ea ipsius adversa fortuna peperit dolorem. Cuperem equidem, ut in vita superstes maneret, sed si ita Deo visum fuerit, ut fatis concederet, quum in familia Kosciel eciorum, ex qua uxorem habeo, capitaneatus iste Nakelensis ab antiquis sæculis fuerit, optarem, ut non alio transferetur, sed S. Majestati Vestræ Regiæ, Domino meo clementissimo, demisse supplico, ut eum penes me relinquere dignetur, præsertim quum nullus alius forsitan existat, qui de hac gratia S. Majestatis Vestræ Regiæ magis mereri possit et cupiat. Verum quidem est, capitaneatum Nakelensem talem esse, in quo judicia castrensia administrantur, neque ideo duobus officiis castrensibus fungi non posse; sed si gratia S. Majestatis Vestræ Regiæ ad id ipsum accesserit, optime posset S. Majestas Vestra Regia filii mei Rohatinensem advitalitiam in personam meam iterum transferre, et meo filio, qui jam septendecimum annum excessit, capitaneatum Nakelensem conferre. Neque inde aliquem conflari posse invidiam sperandum est; nam quemadmodum hoc in gratia S. Majestatis Vestræ Regiæ consistit, ita omnes noverunt me de ea gratia Majestatis Vestræ bene mereri. Vel S. Majestas Vestra Regia facere posset, ut aliquem ex meis, parva contentum mercede, substituerem, qui capitanei Nakelensis personam repræsentaret, illæ autem, telonea, molendina, advocatiæ, et aliæ reditus ut pro me cederent, quod gratiæ S. Majestatis Vestræ Regiæ committo. Non enim dubito, quod me S. Majestas Vestra Regia, Dominus meus clementissimus, habita ratione familiæ meæ, meorumque servitiorum, quæ præstare ad quemcunque nutum Majestatis Vestræ debeo, sumque paratus, hac sua gratia non posthabebit. Res ista non est adeo magna, ut eam magni pretii esse existimet, sed quoniam patrimonium meum contingit, et est in summa antiqua, unde respondere neque thesauro S. Majestatis Vestræ Regiæ, neque Reipublicæ ille tenetur, qui eum capitaneatum obtinet, ideo mihi S. Majestas Vestra Regia majorem gratiam conferet, quum ad hanc meam obnixam petitionem voluntas S. M. V. Regiæ accedet.

CXXXII. (1) Tym starostą Nakielskim był Stanisław Kościelecki od Driatyńskiego zabity. Król dał sądownictwo tego starostwa z ręścią do chodów bratu jego Krzysztofowi, a marszałkowi Opalińskiemu endobra do tego starostwa. Niedokładnie więc Niesiecki napisał, że król oddał Nakło domowi Kościeleckich, i starostwo komu innemu konferował.

CXXXIII.

Idem ad Regiam Majestatem.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Sacra ac Serenissima Majestas Regia, Domine, Domine clementissime. Quum adhuc post accepta vulnera capitaneus Naklensis in vivis fuerit, miseram ad S. Majestatem Vestram Regiam servitorem meum cum literis, in quibus demisse supplicavi, ut si illum ex hac vita migrare contigisset, penes me capitaneatum istum relinquere dignaretur. Modo quum jam se res ita habeat, capitaneum Naklensem mortem oppetiisse, et servitor meus a S. M. Vestra Regia non sit reversus, verendo ne aliquid ejusmodi citra postulationem meam contingat, denuo S. M. Vestræ Regiæ, Domino meo clementissimo, demisse supplico, ut capitaneatum istum Naklensem, habita ratione servitiorum meorum mihi conferat. Quoniam autem capitaneatus iste, ut antea scripseram, sit talis, in quo judicia castrensia administrantur, et me ideo duobus officiis castrensibus fungi non posse; ideo commode eo ordine ad beneplacitum suum perfici potest, quum S. M. V. Regia Generosum D. Christophorum Kościelecki pro capitaneo Naklensi instituet, ut jurisdictionem capitaneatus istius administret, et aliqua tamen parte ejus reditus contentus sit, hæc autem omnia ad meum arbitrium et consilium faciet; ad me vero cæteri reditus, ut villæ, advocatiæ, scultetiæ, molendina pertineant, qua de re ad Magnificum D. cancellarium et Rev. D. Joannem Piotrowski S. M. Vestræ secretarium, copiosius scripsi, qui S. M. Vestræ Regiæ de eo, quo ita commode capitaneatus iste constitui potest, referent. Optarem vero, me ita apud S. R. M. Vestram felicem esse, ut, antequam messis prætereat, hoc S. M. Vestræ Regiæ beneficium mihi adferri [possit], nam elapsa messe anni integri proventus post collectionem frugum penitus interirent. Novit enim peroptime me ita ad obsequia M. Vestræ totum devovisse, ut simul omnes meos proventus, quos ex gratia M. Vestræ, et bonis paternis accipio, ad arbitrium et mandatum S. M. V. Regiæ expendere sim quam paratissimus. Tanto vero majori cum dignitate S. M. Vestræ Regiæ servire potero, quanto majori gratia et beneficiis M. Vestræ cumulatior exstitero, ac quemadmodum S. M. Vestram Regiam meis obsequiis diffidere nollem, ita me gratiam ejus in dies majorem ac majorem experiri non addubito quidem. Humillima obsequia mea S. M. Vestræ Regiæ, Domini mei clementissimi, etiam atque etiam commendo. Radlini 9 julii 1583.

certiorem eundem redderent, ubinam versaretur, ut eum commode aggredi, atque eidem necem afferre posset, qui a meis intercepti, detinentur, quibus etiam hoc ejus facinus comprobare possum. Hæc vero Illustrissimæ et Reverendissimæ Dominationi Vestræ idcirco cognita esse volui, ut si quid deinceps in tantis meis injuriis gravius accideret, et non a me, sed ab homine isto turbulento earum rerum originem esse sumptam omnibus constet, quod certe a homine novum non est, non solum nostros homines, quos vicinitate attingit, veluti Dominos Jaromirski et Dominos Kieblovios et cæteros, verum etiam suos Silesiæ vicinos injuriis lacessere. Atque etiam ad Serenissimum regem super ea re literas meas mitto, ut ex Serenitate ejus intelligam, quid mihi in eo negotio facto opus erit. Quod reliquum est, me benevolentiæ Illustrissimæ et Reverendissimæ Dominationis Vestræ diligenter commendo. Radlini, 9 julii, anno Domini 1583.

CXXXIV.

Præscriptum legationis Sacræ Regiæ Majestatis, ad Illustrissimum principem, Dominum Augustum etc. Saxoniæ ducem, Sacri Romani Imperii marschalcum, principem Electorem etc. datum Generoso Joanni Myszkowski, Sacræ Regiæ Majestatis secretario. Cracoviæ, die 10 mensis julii, anno Domini 1583.

90 95 Ex mss. bibliothecæ Kurnicensis, et ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Nuntius noster, quamprimum ad Illustrissimum Saxoniæ electorem pervenerit, salutem benevolentiamque erga Illustritatem ejus nostram prolixe nostris ~~et~~ verbis ~~pro~~ ei deferet, inde fidei literis traditis, ~~ita~~ in hanc ~~scriptam~~ sententiam legationem suam exponet.

Illustrissime princeps. Quæ controversia Sacræ Regiæ Majestati, Domino meo clementissimo, cum Illustri principe, Domino Julio Brunsvicensi et Luneburgensi duce, ob dotem, quæque in eadem causa sunt, ~~eadem~~, ex pactis cum Illustrissima Domina Sophia, infante regni Poloniæ, a parente ejus laudatæ memoriæ sancitis, non restituta, intercedat, eo minus Illustrissimam Celsitudinem Vestram Sacra Regia Majestas ignorare existimat, quod ejusdem controversiæ cognitioni ipsa etiam Illustrissima Celsitudo Vestra antea præfuerit, operamque ad id promptissime suam Regiæ Majestati, seu ipsi potius justitiæ atque æquitati accommodarit; quominus necessarium judicat, ut, quanta hactenus cum indignitate non modo sua, sed totius fere laudatissimæ gentis Germanicæ, quæ ab hujusmodi ratione quam longissime semper abfuit, causa ea ab Illustritate ejus ducta adhuc sit, nuntii tam Regiæ Majestatis, quam Serenissimæ reginæ, conjugis ejus, sæpe non admissi, arbitrium a Cæsarea Majestate constitutum, frustratum, pluribus Illustrissimæ Celsitudini Vestræ ostendam. Id sane facile confirmare possim, nihil magis Regiæ Majestati, Domino meo clementissimo, præter expectationem accidere potuisse, quam ut, quum ea amplissimæ nationis Germanicæ, atque Illustrium cumprimis principum ejus, sinceritas candorque sit, cujus in omnium animis laus ita vigeat, ut propter eam affinitates illorum ab exteris etiam quibusque principibus ac regibus certatim expetantur; ex ea re controversiæ tantum cum Illustri principe, Domino Julio,

futurum sibi existimaret, in qua propter memoriam necessitudinis, quam maximam potius ad conjungendos animos eorum vim esse animadvertebat. Quia tamen ea adhuc ratio ab Illustritate ejus observata fuit, quæ magis ad omnem hujus rei cognitionem ducendam, frustrandamque præstationem pecuniæ debitæ pertineret; necessario sibi denuo cognitionem ejus urgendam, novamque commissionem a Cæsarea Majestate postulandam Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, judicavit, quæ quum Illustrissimæ Celsitudini Vestræ, ac Illustrissimo principi marchioni, electori, delegata a Cæsarea Majestate sit, freta Illustrissimarum Celsitudinum Vestrarum amicitia et benevolentia mutua, quamprimum cum utroque hoc de negotio communicandum existimavit. Amanter autem ab Illustritate Vestra postulat, ut, suscepto hoc non gravanter judicandi munere, reque cum Illustrissimo principe, Domino Joanne Georgio, marchione electore, deliberata, certum locum diemque, ad quem hujus rei causa conventuræ sint, quamprimum constituere, Majestatique ejus significare velint, ut ipsa primo quoque tempore suum etiam aliquem ad judicium id obeundum mittat. Qui quum monumenta instrumentaque omnia secum allaturus, publiceque in judicio exhibiturus sit, ex quibus evidentissime liqueat, dotem illam [a] regno promissam solutamque, ut jure ipso communi, ita expressa etiam et solenni conventione, ad nullum alium, quam divum Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, ejusque successores, reges Poloniæ, regnumque adeo ipsum pertinere posse. Facient pro singulari suo æquitatis studio Illustrissimæ Celsitudines Vestræ, ut jam tandem ad restituendam eam ex pactis conventis dotem, quæque in eadem causa sunt, et restitui debeant, donum nimirum nuptiale, tum vero quicquid supellectilis, auri, argenti, mundique muliebris, Illustrissima Domina Sophia reliquit, pecunias, quas civitatibus universitatibusque post mortem mariti credidisse eam constat, tum interesse dotis donationisque propter nuptias, poenas pactis dotalibus promissas, omneque id, quod repræsentata ea fuisse Regiæ Majestatis interera, Illustrissimum ducem Brunsvicensem condemnent, auctoritateque sua ad præstanda ea adducant. Id etsi pro suo æquitatis justitiæque studio, vel ultro Illustrissimas Celsitudines Vestras facturas minime Regia Majestas dubitat, eoque magis, quo magis id ad universi nominis Germanici gloriam, illustriumque ejus principum existimationem, opinionemque eorum [apud] exteros principes tuendam, pertinere, pro sua prudentia facile intelligent. Ita tam gratum Regiæ Majestati erit, ut non exiguum cumulum ad reliqua Celsitudinum Vestrarum in se studia accessisse existimatura, vicissimque omni benevolentiæ studio libenter iis responsura sit (1).

CXXXV.

Georgius Fridericus, dux in Prussia, ad Dominum cancellarium.

w sprawie bis Kurów 90 96 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Illustrissime, Magnifice Domine, amice singulariter nobis dilecte. Quæ de

---

CXXXIV.

(1) Takaż instrukcya, mutatis, mutandis, dana była Myszkowskiemu do Jana Jerzego, elektora Brandeburskiego.

praclaro Sacra Regia Majestatis, Domini et affinis nostri chariſsimi, instituto, de conditione atque statu episcopatus Curonia, ejusque nomine, defuncto Illustriſsimo principe ac Domino Magno, Holsatia etc. duce, exorta controversia, qua denique ratione et consilio illi malo, quod non solum huic nostra, verum etiam communi Reipublica christiana inde propendere videtur, occurrendum, ad nos Magnificentia Vestra, prudenti consilio, et pio in patriam atque communem Rempublicam animo perscripsit, superiori die accepimus. Etsi heroicus atque constans animus, imprimis vero in magnatibus, uti semper habitus est commendatiſsimus, ita deinceps quoque summopere sit commendandus; is tamen in Sereniſsima Regia Majestate, Domino nostro et affine chariſsimo, animus heroicus et fortis omnino laude et commendatione est digniſsimus, eo quod saluti dignitatique christiani nominis sit consecratus, atque Regia Majestas omnem vim armorum in hostes christiani nominis, qui crebris excursionibus, depopulationibus et summis injuriis christianam gentem jam annos aliquot misere afflixerunt, convertere omnino constituerit. Merito igitur hoc praclarum, nec pium minus, quam heroicum studium in Sacra Regia Majestate, Domino nostro clementiſsimo, commendemus, illique faveamus, et si qua minus huic conferre videbuntur, ut commodiore ratione amoveantur, laboremus.

Negotium vero episcopatus Curonia quod attinet, illico, ut accepimus quid istic, defuncto quondam principe ac Domino Magno, Holsatia etc. duce, utrinque geretur; ea res animum nostrum summopere percuſsit: facile enim perspeximus, nisi huic rei maturo consilio occurratur, fore, ut ex ea tanquam exigua quadam scintilla, maximum incendium excitetur, quod non tantum huic nostra communi Reipublica, verum etiam vicinis calamitati et exitio sit futurum. Pro fide itaque nostra, studio et amore in Sacram Regiam Majestatem, et inclytam Coronam Polonia, ea de re cogitavimus, quodque nobis in fervore primo hujus negotii justiſsimum atque consultiſsimum visum fuerit, ad legatos nostros superioribus literis perscripsimus, atque de iis rebus, ut cum Magnificentia Vestra communicarent, mandavimus. Quod pro ratione temporis modo factum arbitramur, idem consilium nostrum, ut, sepositis armis, res placide apud Sereniſsimum Dania regem, ac ut fratrem nostrum chariſsimum, quaratur, atque causa cognitio, inventis rationibus et modis, ab amicis communibus suscipiatur, non utique adeo alienum a mente Magnificentia Vestra videtur esse nobis. Quum itaque intelligamus Magnificentia Vestra esse consultiſsimum, idque minime Regia Majestati adversari, ut in negotio eo operam nostram apud Sereniſsimum Dania regem accommodaremus, pro ea qua nobis cum Serenitate ejus intercedit necessitudine, Serenitatem suam ad tranquillitatem publicam, atque mutua amicitia et conjunctionis animorum Sacra Regia Majestatis cum Serenitate sua conservationem, ne ~~quis~~ Regiam Majestatem in possessione anteriori ejus ditionis Livonia de facto turbet, sed potius causam amicis et commissariis, conventis rationibus et modis, cognoscendam ac definiendam committat, sedulo cohortemur. Faciemus ea omnia libentiſsime pro fide nostra debita, studio et amore, qua ad Sacra Regia Majestatis, atque adeo inclyta Corona dignitatem, amplitudinem, commodum et emolumentum spectare videbitur. Porro quum nobis constet,

apud Sereniſſimum Daniæ regem, Illuſtriſſimos electores Saxoniæ, et Brandeburgensem, cognatos et agnatos nostros, pro arctiſſima neceſſitudine et conjunctione mutua plurimum poſſe, adhibebimus et eorum consilium, auctoritatem et operam, quam nobis pro neceſſitudine sanguinis et mutuæ benevolentiæ minime sunt denegaturi: siquidem ex re nostra id fore, atque communem fortunam nostram ea in re versari animadverterint. Id denique negotio plurimum conferre arbitramur, quando Serenitas sua senserit, arma in ea parte Livoniæ conquiescere, et Regiam Majestatem, ne in subditos atque vicinos gravius aliquod periculum inde redundet, malle causam æquis et justis rationibus per amicos et commiſſarios utriusque partis communes, quam armis definiri. Hæc, tanquam de salute communis Reipublicæ solliciti, ejusque studiosiſſimi...., maturiori tamen judicio et consilio Sacræ Regiæ Majestatis ac Magnificentiæ Vestræ, quam bene et feliciter valere percupimus, ad recentiores literas suas, pro fide nostra et studio, respondere voluimus. Data ex arce nostra Heidenburgensi, 11 julii 1583.

CXXXVI.

Ad Georgium Fridericum, ducem in Pruſſia, a Domino cancellario.

90 97 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illuſtriſſime princeps, Domine observandiſſime. Quantum Illuſtriſſimæ Celsitudini Vestræ propter eximiam ejus et perpetuam erga me benevolentiam debeam, etsi nunquam non libenter profitear, ex hoc tamen nuptiarum mearum tempore, Illuſtriſſimæ Celsitudinis Vestræ egregiæ erga me voluntatis significatione, quum longe maximum cumulum ad reliqua ejus in me beneficia acceſſiſſe intelligam, quomodo ut pares illi gratias agam, aſsequi poſsim, nulla ratione invenio. Fuit sane et Regiæ Majestati studium id Illuſtriſſimæ Celsitudinis Vestræ gratiſſimum, quod ipsa etiam literis suis, tum per legatos Illuſtriſſimæ Celsitudini Vestræ luculentius declarabit. Me quidem sibi ita devinctum humanitate sua Illuſtriſſima Celsitudo Vestra minime dubitabit, ut quum omnia, quæ a me in Illuſtriſſimam Celsitudinem Vestram proficisci poſsunt, præstitero, nunquam tamen tam insigni ejus erga me benevolentiæ respondiſſe me existimaturus sim. Illuſtriſſimam Celsitudinem Vestram, quam optime valere cupio. Cracoviæ, 11 julii, anno Domini 1583.

CXXXVII.

Ad Georgium Farensbecium a Stephano rege Poloniæ.

90. 98 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Generose, fidelis, dilecte. Quominus navatam nobis a Fidelitate Vestra magna cum virtute atque laude operam, re ipsa remunerare adhuc potuerimus, nihil fere, quam temporum difficultas, provinciæque ipsius Livoniæ ratio Nobis obstitit; arbitramur autem oblatas jam Nobis rationes, quum Fidelitatis Vestræ meritis, tum nostro desiderio satisfaciendi. De quibus quum ex Illustri et Magnifico, sincere Nobis dilecto, cancellario nostro, copiosius Fidelitas Vestra intellec-

tura sit, unum id literis hisce faciendum Nobis existimavimus, ut quum coram de his rebus commodius cum Fidelitate Vestra constituturos Nos existimemus, quam primum eam ad Nos evocaremus. Itaque ut sine mora Fidelitas Vestra ad Nos veniat, prorsusque id cum commodo suo facturam sibi persuadeat, Fidelitatem Vestram hortamur, quam bene valere cupimus. Cracoviæ, 11 julii, anno Domini 1583.

CXXXVIII.

Ad Georgium Farensbecium a Domino cancellario.

90, 101 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Gratissimum mihi studium a Dominatione Vestra accidit, quod alias etiam mihi perspectissimum, hoc nuptiarum tamen mearum tempore, ita mihi declararit, ut quum ipsa interesse iis non potuerit, per internuntium tamen suum egregiam erga me voluntatem suam testificari non prætermiserit. Quo quum ad reliqua ejus in me officia non exiguum cumulum accessisse intelligam, libenter operam dabo, ut quibuscunque possim rebus, ne ipsa quoque meum erga se studium et benevolentiam desideret, efficiam.

Ad res sane Dominationis Vestræ quod attinet, nihil ad clementissimam Regiæ Majestatis erga se propensionem, præter opportunitatem ipsam hactenus defuit, qua in hoc turbato adhuc provinciæ illius statu, quanti virtutem atque merita Dominationi Vestræ faceret, re ipsa ostendere posset. Visa est ea esse oblata Illustrissimi principis, Domini Magni, Holsatiæ etc. ducis, morte, cujus quum possessiones ad immediatum Regiæ Majestatis dominium jam obitu ejus redirent, non incommode Regia Majestas ex iis potissimum suam erga Dominationem Vestram liberalitatem declaraturam existimavit. Id quo commodius fieri possit, quum præterea alia inciderint, de quibus coram cum Dominatione Vestra agere cupiat, suis etiam literis evocandam eam censuit. Constituit autem Regia Majestas Piltenam arcem, quæ prima episcopatus Curoniæ est, sub capitanei nomine ex more institutoque regni ad vitæ Dominationis Vestræ tempora cum fructibus ejus Dominationi Vestræ conferre, hæreditario vero seu perpetuitatis jure ex reliquis Curonicis, aut si ex illis nulla ejus generis, quæ Dominationis Vestræ expectationi respondeat, fuerit, ex ultradunanis, a Magno possessis quatuor, Karkus nimirum, Rugen, Helmet, Ermes, unam (1) et quia quibuscunque possit rebus, quam ornatissimam amplissimamque Dominationem Vestram Regia Majestas efficere cupit, non alieno eam esse animo video, ut, si Dominationi Vestræ ita videatur, vel principem Livoniæ præsidem, primariumque provinciæ ejus senatorem faciat, in quo non modo dignitas erit, verum etiam fructus.

Etsi autem Serenissimus Daniæ rex episcopatum eum Curoniæ in controversiam jam vocare videatur, quum tamen ea æquitate atque prudentia Serenitas ejus sit, ut quo cætera omittantur, ea certe, quæ tanto sumptu atque labore ex

(1) Z tych czterech zamków pierwszy, Karkus, nadał król Farensbachowi prawem dziedzicznem. Pamiętniki Milerowe do panowania Stefana Batorego. p. 138.

ferociſsimi hostis potestate insidiisque ipsa Regia Majestas eripuit, quaque tum, quum privatim per Dominationem Vestram, quod probe eam meminiſse non dubito, in sumptuum laborisque partem a Regia Majestate vocaretur, quodammodo neglexiſset, nunc confecto alieno sumptu atque opera bello, vehementius non appetitura sit, minime Regia Majestas sibi persuadet, Serenitatem ejus tam levem ob rem publicum tranquillitatis statum turbare velle, maxime autem quum sine dubio in directi dominii poſseſsione Regia Majestas sit, et de facto, quominus Regia Majestas, ut hactenus poſsidet, ita posthac etiam poſsideat, quid suscepturam, prudenterque potius secum consideraturam, quanto mutua hac inter Regiam Majestatem et Serenitatem ejus amicitia, conjunctioque, et utriusque ditioni, et toti Christianitati, quam suscepta de tam exigua re controversia, utilior prostabiliorque siti futura. Quod eo magis Regia Majestas futurum confidit, quum magnam partem fructuum eorum ad Dominationem Vestram, ut quæ de ipsa quoque non peſsime merita sit, translatam [Serenitas ejus] perspexerit. Itaque quo hisce de rebus accuratius constitui poſsit, ut quamprimum Dominatio Vestra ad nos accurrat, omninoque sibi persuadeat, profectionem hanc et commodo et honori sibi futuram, etiam atque etiam Dominationem Vestram hortor, eandemque optime valere cupio. Cracovia, 11 julii, anno 1583.

CXXXIX.

List Krzysztofa Zborowskiego do brata swego Samuela.

CXL. 96, 99

List tegoż do Kozaków Nizowych.

CXLI. 96, 100 Teka Naruszewicza 96 (1).

Stephanus rex Poloniæ ad regem Daniæ.

96, 102 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc. Illustriſsimo principi, Domino Friderico Secundo eadem gratia Daniæ etc. Regi, amico et vicino nostro chariſsimo salutem et mutui amoris continuum incrementum.

Sereniſsime princeps, amice et vicine noster chariſsime. Literas Serenitatis Vestræ, quas per nobilem Mathiam Budden (1) aulicum suum ad Nos misit, accepimus. Quum autem eodem hoc tempore, nostrum etiam nuntium ad Serenitatem Vestram mittamus, ex quo quum de aliis, tum de hoc quoque, de quo ad Nos scripsit, negotio, abunde Serenitas Vestra cognitura sit, minus neceſsarium judicavimus, ut pluribus jam ad Serenitatis Vestræ literas reſcriberemus. Ab eo igitur omnibus de rebus certior Serenitas Vestra fiet, Nosque benevolentia sua prosequetur. Serenitatem Vestram optime valere cupimus. Ex arce nostra Niepolomicensi, die 13 julii, anno 1583.

CXL. (1) Oba te listy, pierwszy z dnia 12 lipca 1583 roku, drugi bez daty, są w zbiorze Żegoty Pauli: Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich, Lwów 1846, str. 37–44. List Krzysztofa do Samuela jest w tym zbiorze z datą 17 lipca. Do Kozaków Nizowych pisał zapewne Krzysztof tego samego dnia co i do brata, bo w liście do niego mówi: „Idla tego piszę ja imieniem mojem i pana marszałkowem do nich list, którego kopią WMości posyłam."

CXLI. (1) Miler w swych pamiętnikach zowie go Budnym, i czci go szlachcicem Polskim.

CXLII.

Cancellarius regni Svecia ad Antonium Possevinum.

90 103 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Reverende Domine Pater. Quod Reverendæ Dominationis Tuæ literis binis mihi redditis, hactenus non responderim, non est factum, quod oblitus [sim] Reverendæ Dominationi Tuæ, aut colloquii nostri de magnis rebus et negotiis habiti Wadstenæ et Stegeburgi superioribus annis, sed in causa fuere proxime decursi anni valetudo adversa, et absentia mea in aula: quare mihi ignoscat Reverenda Dominatio Tua, peto. Verum quum jam nactus [sum] occasionem scribendi, prætermittere non potui, quin hoc qualecunque officium vicissim præstarem, et Dominationem Tuam Reverendissimam inviserem, et omnia officia mea eidem deferrem; cupioque Reverendissimam Dominationem Tuam persuasam, nihil mihi charius, aut magis in votis esse, quam ut hoc diuturnum bellum cum Moscho, quamvis hostium cladibus, et nostris victoriis maxime insigne, bonum finem et exitum pacis primo quoque tempore consequi possit, tum quoque ut illa amicitia, quæ aliqua ex parte labefactata esse intelligatur, inter Sacram Regiam Majestatem Sveciæ, Dominum meum clementissimum, et regem Poloniæ, iterum resarciri et redintegrari possit. Qua quidem in re Reverendissima Dominatio Tua multa apud eundem Serenissimum regem Poloniæ præstare poterit, quod et sedulo facturam omnino confido. Interim et semper Reverendissimam Dominationem Tuam Deo Opt. Max. commendatam velim.

Ex regia Stockholmia, 17 die mensis julii, anno 1583.

Nicolaus Gildenstirn, baro in Ludholm et Gollewick,
magnus cancellarius regni Sveciæ.

CXLIII.

Alberto Bolognetto, vescovo di Massa, al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri. t. III. p. 734.

Nuncyusz posyła biblią Ruską drukowaną w Ostrogu staraniem i nakładem xięcia Konstantego Ostrogskiego, i przez niego papieżowi ofiarowaną. Żeby się odwdzięczyć za biblią, którą mu z Rzymu przywiózł Paleolog, i podług której Ostrogska, którą córką Rzymskiej nazywa, poprawiona i wydana została, oświadcza się xiąże Konstanty z gotową chęcią posłania papieżowi swego bardzo biegłego drukarza.

Ten Paleolog przekłada nuncyuszowi, że najlepszy i jedyny sposób zniesienia schizmy na Rusi, jest ustanowienie patryarchy w Ostrogu, i poddanie pod jego władzę wszystkich władyków Ruskich, przez co im zagrodzi się droga udawania się do patryarchy Konstantynopolitańskiego, który ich w schizmie utrzymuje. Ale może ten Paleolog ma w tem swoje widoki i nadzieję, że na prośbę xięcia Ostrogskiego, papież wyniesie go na stolicę patryarchalną. Z drugiej strony sekretarz xięcia Janusza (syna Konstantego) radzi żeby papież mianował kogo z wyznawców cerkwi Greckiej na miejsce zgrzybiałego starca, który jest teraz biskupem Słuckim i Łuckim. Ale i ta rada pochodzi może od tegoż Paleologa, który, gdyby mu się nie udało zostać patryarchą Ruskim w Ostrogu, chętnieby poprzestał na biskupstwie Słuckiem.

Przeświecisz em erudyem

Drobniejszym drukiem

Lubo Bernard Maciejowski, ten pobożny młodzieniec, o którym wprzód nuncyusz donosił, że może służyć za wzór całemu królestwu, nie będzie towarzyszył Andrzejowi Batoremu do Rzymu, jak król zrazu sobie życzył, niezadługo jednak sam się do Rzymu uda, gdzie ma wstąpić do stanu duchownego, i już przysłał z Padwy, gdzie kończy nauki, uwiadomienie, że składa urząd chorążego koronnego. Umarła w tych dniach siostra jego, która była za Janem Boguszem, kasztelanem Czechowskim, Arianinem. Pobożna królowa dowiedziawszy się że Boguszowa zostawiła kilkoletnią córkę jeszcze nie ochrzczoną, posłała zaraz po nię i kazała ochrzcić podług obrządku katolickiego. Di Cracovia alli 20 di luglio 1583.

CXLIV.

Stephanus, rex Poloniæ, Georgio Friderico, duci in Prussia.

90 105 Teka Naruszewicza 96. Ex mss. bibl. Załuski, 255.

Illustris princeps, affinis noster charissime. Non exiguum cumulum ad superiora in Nos Illustritatis Vestræ studia accessisse intelligimus, quod fratris nostri desideratissimi filiæ nuptias, tanta cum voluntatis suæ in Nos, sponsumque testificatione, quum ipsa per principatus sui negotia venire non posset, per legatum tamen obierit. Quod ut a singulari Illustritatis Vestræ, charissimæque familiæ ejus [in Nos studio profectum est: ita quodcumque ad ejus] ornamenta atque dignitatem proficisci a Nobis possit, non deerimus ulla in re opinioni huic de Nobis ipsis. Gratissimum etiam, quod in proferenda die [solutionis] pecuniæ debitæ Nobis declaravit, studium Illustritatis Vestræ Nobis fuit, libenterque operam dabimus, ut non minorem nostram erga se in omnibus rebus benevolentiam experiatur. De controversiis, quas Illustritatis Vestræ subditi nonnulli ei excitant, cum legatis Illustritatis Vestræ, copiosius collocuti sumus, atque ita eis respondimus, ut et Illustritati Vestræ, et æquitati ipsi satisfactum arbitremur, perspicereque Illustritas Vestra possit, gubernationem, in quam semel a Nobis collocata Illustritas Vestra est, a nullo labefactari, aut quicquam omnino fieri Nos velle, quo deterior Illustritati Vestræ, quam superiorum jam ante temporum fuit, gubernandi ratio sit. De eo sane minime dubitamus, et consilio hanc rem administrandam, et prudentia humanitateque ea Illustritatem Vestram esse, ut, quum longe stabilius imperium esse intelligat, quod benevolentia atque lenitate comparatur; quam quod metu continetur, omnia ad æquitatem humanitatemque potius referat. Interim si illud res Illustritasque Vestra requisierit, unum atque alterum ex consiliariis nostris, qui omnia isthic inspiciant, ad Nos referant, consilioque atque opera sua Illustritatem juvent, quoniam a legatis Illustritatis Vestræ petiti sunt, non inviti etiam ad Illustritatem Vestram mittimus. Quam optime valere cupimus. Cracoviæ, die 21 julii, anno 1583.

CXLV.

A Domino cancellario ad Georgium Fridericum ducem in Prussia.

90, 106 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustrissime princeps, Domine observandissime. Quam grata Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ erga me benevolentia, quam in nuptiis hisce meis singularem mihi declaravit, quum mihi tum Regiæ Majestati acciderit, tametsi prioribus literis meis abunde testificatus sim; copiosius tamen ex ipsis Regiæ Majestatis literis, legatisque suis intelliget. Idem quum de domesticis quoque negotiis ejus accurate cum Illustrissima Celsitudine Vestra acturi sint, eo minus mihi faciendum video, ut vel de Regiæ Majestatis erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram benevolentia, vel meo etiam studio atque opera prolixius ei confirmem.

Scripseram antehac ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram de ea controversia, quæ a Serenissimo Daniæ rege, Regiæ Majestati de Curonia episcopatu moveri cœpta est, quum paulo post Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ literarum ad legatos suos hac ipsa de re suarum exemplum traditum mihi ab iis fuit, tandemque eadem de re ad me et litera rescripta pervenerunt, ex quibus etiam ipsis quum Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ de communi Republica sollicitudinem Regia Majestas perspexerit, ... etsi minime erga se atque communem Rempublicam studium [ejus] Regiæ Majestati [obscurum] fuit. Æquitatem rei non modo Illustritati Vestræ, sed cuivis facile patere existimo, ut de jure ipso taceatur, quanto cum solius Regiæ Majestatis labore, sumptu, atque sanguinis profusione ab atrocissimo hoste provincia universa liberata sit, et tanquam communi incendio erepta, nemo ignorat. Ad hæc fuit hactenus Regia Majestas, atque adhuc est [in] indubitata directi episcopatus ejus dominii possessione: res, de qua agitur, per se exigua est, quæ omnia faciunt, ut tantillam ob rem Serenissimum Daniæ regem, qui ea æquitate atque prudentia princeps sit, publicum tranquillitatis statum turbaturum minime sibi Regia Majestas persuadeat, maxime quum ad hanc æquitatis justitiæque ipsius rationem non exiguum etiam a mutua Illustritatis Vestræ cum Serenissimo Daniæ rege necessitudine momentum accedere posse intelligat. Verum hac de re, quia superioribus literis meis copiosissime ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram scripsi, ejusque erga communem Rempublicam animus per se mihi est perspectissimus, ut negotium id suscipiat, denuo pluribus ab ea contendere minime necessarium judico. Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam optime valere cupimus, eidemque omnium rerum prosperrimos successus precamur. Cracoviæ, die 21 julii, anno Domini 1583.

CXLVI.

Ex literis nobilis Nicolai Joannis Brasch, primarii consulis civitatis Stockholmensis, et regis Sveciæ secretarii, Stockholmiæ die divæ Magdalenæ, anno 1583 datis, ad Reverendissimum Dominum Antonium Possevinum.

90, 107 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Quod autem prætermissum gregem hunc pusillum, ad pascua ubera revocatum, in

sterili quasi campo derelictum, non satis ipsimet omnes miramur, presertim quum regiam mentem Dominationi Vestra optime constare sciam, eum videlicet allici posse, cogi autem minime. Quapropter rogo, ut responsi tandem aliquid Regia Majestati super hisce negotiis Paternitas Vestra procurare velit. Quod si fecerit, nobis, catholica fidei hoc in regno sectatoribus, rem non minus utilem, quam Sacra Regia Majestati gratam prestabit (1). Ad illud vero, quod Paternitas Vestra sese in ultimis literis suis Regia Majestati scriptis offert, ad componendam de Livonia controversiam inter Sacram Regiam Majestatem et regem Polonia, respondebat ipsius Regia Majestas Paternitati Vestra satis tunc prestitisse, si illud inprimis efficere vellet, ut ea solummodo restituantur, quæ et ipsius Majestatis et Serenissima regina nomine ipsi debentur, de reliquis reges facile inter se convenire posse.

Porro de rebus Moschoviticis illud solummodo est quod scribam, eas ita se habere, ut speranduin sit, legatos ad hoc Moschovitas et nostros ordinatos, Deo adjuvante, inter se pacem componere posse. Quod sane etiam maxime optandum.

CXLVII.

Georgius Braun Stephano regi Polonia.

90, 108 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime. Ex literis Sacra Regia Majestatis Vestra ex Niepolomiciis 9 martii presentis hujus anni ad me datis intellexeram, Sacram Regiam Majestatem Vestram moviss̃e Magnificum Dominum Andream Opaliński, supremum regni marschalcum, et generalem capitaneum Majoris Polonia, ut efficeret, ne Generosus Dominus Rozrazewski, ob fidejussionem pro me prestitam juridico processu ab Adamo Mieliński ipsiusque sociis molestaretur; verum ut res ea tantisper differretur, donec per cognitionem utrarumque Sacrarum, tum Cesarea, tum Regia Majestatum Vestrarum, vel earum commissariorum cognitionem decideretur. Certus itaque eram, mandatis Sacra Regia Majestatis Vestra ab ejusdem subditis obsecundatum iri, verum res ipsa ostendit, adversarium meum, prædictum Adamum Mieliński cum principali instigatore et coadjutore suo, Andrea a Gorka, castellano Miedzyrecensi, aliisque suis asseclis, neglecto contemptoque jussu Majestatis Vestra Regia, et ne quidquam attenta Domini mareschalci admonitione, denuo fidejussorem meum ad preterita judicia particularia terrestria in Pysory, feria secunda post festum Sancti Joannis proxima, hoc anno celebrata, citasse, atque in causa illa processum juridicum attentasse; quantumque in ipso fuit, fidejussorem meum ad iniquam satisfactionem adigere voluisse, nisi judicum terrestrium prudentia et Domini Rozrazewski, fidejussoris mei, interposita appellatio ad generalia regni comitia, vel curiam Sacra Regia Majestatis Vestra, conatibus [ipsius] obstitisset. Quam quidem arrogantem pervicaciam, et contemptum mandatorum Sacra Regia Majestatis Vestra dictum Mieliński, et Andream a Gorka, castellanum Miedzyrecensem, qui omnium turbarum istarum adjutor et promotor pra-

(1) Obacz list króla do papieża z dnia 10 czerwca 1579 roku, i nasz do niego przypisek.

CXLVIII.

List iednego przyiaciela do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Oddałem królowi JMci list WMci, mego miłościwego Pana, w którym mu za beneficium dziękować raczysz (1). Pytał mnie, iako zabił Pan starosta nieboszczyk. Nie umiałem powiedzieć, boś mi WMość nie raczył o tem pisać. Pytał też, od kogo? powiedziałem, od Działyńskiego, wuia żony swey. dziwował się. Wczora mi też oddano list od WMci, mego miłościwego Pana, w którym pisać mi raczysz o iednaniu z Kitliczem (2). Kazał mi go JMość Pan kanclerz królowi JMci przeczytać. Miło mu było słuchać owego, że się Niemcy boią.

Królowa JeyMość nie dobrze się ma, onegday kommunikowała. Był król JMość przy niey, kiedy obiad iadła na pokoiu u łoża. Nie takci to choroba, iak frasunek. Napletły tu nie wiem czego siła przed nią panie białegłowy, et id genus hominum: Che Sua Maestà (salva onestà di VS Magnifica), stasi spesso e tanto fuora di Cracovia a Niepolomice non per altro, solamente per farsi piacere, e per godersene dell' amore della figliuola del capitaneo di Niepolomice; y takci tam płaczu, narzekania dosyć. Widzi mi się, że go te plotki niedługo z Krakowa wypędzą.

Goniec Moskiewski przyiachał w sto pięćdziesiąt koni. Wczora słuchan, list oddał, y ustnie sprawował. W liście się kniaź skarży, że woiewoda Witepski, Pac, wpiera się w grunt Toropecki y w Wieliżski, że zamek tam zbudował, mimo pacta postanowione, ustnie zasię mówił, aby więźnie z obu stron, albo za frymarkiem, albo na okup dani byli, przecie w tytule kniazia zwał go kniaziem Inflanckim, króla nic. Więźnie, które ma JMPan kanclerz, wynidą mu dobrze: daie znać Pękosławski, że Moskwa postępuje za nie 20,000 złotych, y iuż tam posyła ie JMość do Moskwy, ale to secretum ma bydź.

Kozacy Niżowi zebrawszy się, a Samuel Zborowski z nimi, Jahorlik on zamek, co go Turcy z tey strony Dniepru na gruncie Koronnym zbudowali, rozrzucili, y spalili, y siła tam Turkow pobili, przy tem też sześć wsi Wołoskich spalili. Turbatus król JMość bardzo za tą nowiną. Kazano się ruszyć żołnierzom Ruskim, aby za Kozaki iachali, y Węgrzy też, co obecnie na dworze mieszkaią, posłano za nimi. Trzeba się nam spodziewać czausa, wie to Bog, z iakiem poselstwem.

Była deliberacya wczora, co z tem czynić, a mianowicie iako karać Niżowce y Samuela. Był Pan Gnieźnieński (Jan Zborowski) w tey radzie. Mówili naprzód, posłać do nich dworzanina z mandaty, z napominaniem; drudzy,

CXLVIII.

(1) Tego podziękowania nie mamy, ale mamy prośbę marszałka Koronnego do króla z dnia 9 lipca, o nadanie mu starostwa Nakielskiego po śmierci zabitego starosty.

(2) Obacz list marszałka do biskupa Wrocławskiego także z dnia 9 lipca tego roku.

spozywać pozwy dwornemi, bo tam przy Samuelu siła snać szlachciców poszło. Pan Gnieźnieński dawał sprawę, że z Panem marszałkiem (nadwornym, Andrzejem Zborowskim), przed kilkiem niedziel pisali do Samuela, radząc aby tym Kozakom dał pokóy, y czyni to przeciw radzie ich, czego żałuie. Pan Kanclerz zasię na to: trzeba nam, prawi, directe mówić; ieśli cesarz Turecki Tatary, Wołochy, Multany na nas ruszy, co czynić? Samuela iako skarać? Na to WMcie mówcie. Uchylali się drudzy; gdy na Pana Kanclerza przyszło, alić on w bród. „Co się Kozaków dotyczy, aby Starostowie inkwizycyą czynili y karali ich na gardle; wszak nigdzie indziey nie mieszkaią, iedno po miasteczkach pogranicznych. O Samuelu alia ratio, bo insza iest kondycya iego, iest wywołaniec, prawu niepodległ, w państwach Koronnych się bawi przeciwko dekretowi, teraz zasię guerras movet ku zgubie wszystkiey Rzeczypospolitey. Ja, prawi, upadku iego żałuię, y starałem się, świadek mi iest brat iego, Pan Gnieźnieński, aby był mógł bydź z niego podźwignion, iedno podobno za nieszczęściem iego przyiść do tego nie mogło, teraz zasię znowu oto na nowo broi. Ma dobra w Koronie y w nich mieszka, y ztamtąd się do tey swawoli bierze. Były skonfiskowane przez Henryka, y dał ie był Henryk bratu iego, Panu marszałkowi, on mu ie zasię spuścił; ale wiemy, że to uczynił Pan marszałek przeciwko prawu, y sam incurrit in easdem poenas, bo bannitum przechowuie. A tak nie godzi się inaczey, iedno Samuela imać y na gardle karać, a w imienie wiachać y wziąć, a Pana marszałka pozwać, czemu go w swem imieniu przechowuie.„

Pozwolił król na to wotum, y tak conclusum. Nie wiem tedy co daley będzie, y będzieli się Turek upominał serio, aby tych karano, co Jahorlik spalili, boię się by ta exekucya nad Samuelem nie doszła.

Gorzko było Panu Gnieźnieńskiemu słuchać tey deliberacyi. Ale, widzę, nie ma za złe Panu Kanclerzowi, że tak wotował; prawda, nie ma ieszcze podpisanych listów na pensyą Gdańską, którą mu król prorogue ieszcze do dwóch lat, ale iuż mi ie pisać karano.

JMość Pan Kanclerz prosi WMci, abyś mu WMość wypisać raczył, co tam nasi viri Capitolini o tych Kozakach mówią y rozumieią. Iuż podobno to nie doydzie, abyśmy mieli zarębować zamki na Ukrainie, bo za tym Jahorlikiem otworzą się Turkom oczy, że iuż będą pilniey patrzeć na to.

CXLIX.

List od Pana Gnieźnieńskiego do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

W sprawach mych takąm odprawę przez JMość Pana Kanclerza wziął, że com prosił do trzech lat, do dwóch mi tylko pomkniono intraty Gdańskiey, y za to

Bóg zapłać.... O Pana Krzysztofa brata taka trudność zaszła o przywitanie, iakiey żadnemu z Cezaryanów nie czyniono, a on za małą bardzo kondycyą ofiarował się służyć (1): y to bydź nie mogło, na niedostatek złożono. Azaliż się nie widzi, iako, choć pan na niedostatek narzeka, z nędznych Węgrów panami się stali, okrom tych, co nie zagrzawszy mieysca, sobolmi a złotem y srebrem się obetkawszy, do Węgier odiachali. Ci co tu są, ze wszarzów iakiemi pany! A prosto przyszło do tego, nam, nam, mówię, Zborowskim, że ich, aby nasze oyczyste maiętności kupowali, prosić musimy. Temu memu bratu nie taka iest potrzeba, aby bez tego bydź nie mógł, ale ciągnęła go krew do nas, powinność do oyczyzny.

Pana Samuela brata, miasto onych obietnic wielkich y dawnych, co utrapionego z takowych ciężarów wolnym uczynić miano, teraz za iakiemiś wieściami, król JMość surowie proponowawszy, że Niżowcy nad zwyczay zebrali woysko, do których Samuel Zborowski z działy się przyłączył, tak na gardle, iako na sławie y maiętności karać maią. Co za wota szły, co za konkluzya królewska, ia teraz pisać nie chcę. Mógł był widy pierwey, nie czyniąc tak ostrey propozycyi ku obelżeniu domu mego, a takiey żałości mey, spytać mnie, ieśli o tem wiem, a mógłbym ci to iako starszy zahamować. Tuby widy była znaczyła łaska iaka, ale podobno tak się królowi JMci zda, żem ia tak wiele nie zasłużył, nie zasłużył y dóm móy, co Bogu poruczyć, pacyencyą narabiaiąc. Jednak odprawiwszy sprawy synowcowe, na żegnaniu nie zniesie serce, abym (acz z panem trudno) tego nie wynurzył.

Teraz przyszła pewna wiadomość, że Pan Samuel w Złoczowie iest, o czem ani snadź nie myślał. Ale iednak ieszcze ia tak cicho siedzę, aż ten, któregośmy do niego posłali, wróci się; bo gdzie tak, iako ia o tem nie wątpię, iest, do mego żegnania przybędzie mi materyi.

Jeśli się wiele o tem pisało, odpuść WMość, proszę: żałość to sprawiła, a do tego iż do WMci, swego miłościwego Pana, piszę.

Nowego sam u nas nic takiego niemasz, ale i to za nowinę stoi, co do WMci samego piszę, bo wolę że się to zkądinąd rozniesie. JMPan woiewoda Sandomierski (Stanisław Szafraniec), acz to ieszcze taią, odesłał królowi JMci woiewództwo, odesłał y cła Wołyńskie y Podlaskie, co mu ie na przeszłym seymie było dano. Pisał snadź JMPan Kanclerz, aby się dobrze rozmyślił, a to swe przedsięwzięcie odmienił. Odpisał, że co czyni, czyni z dobrym rozmysłem, żałuiąc, że tego dawniey nie uczynił; bo widzi, iż, Szafrańcem szlachcicem prostym będąc,

CXLIX. (1) Krzysztof Zborowski, porzuciwszy nakoniec dwór cesarski, dokąd ujechał wziąwszy od Stefana znaczną summę na poparcie jego elekcyi, i wróciwszy do Polski na wesele Kanclerza, wymagał od króla pensyi 5000 złotych, tudzież pensyi po zmarłym Sparweinie, czego obojga mu odmówiono. Hinc illae irae.

lepiey Rzeczypospolitey służyć będzie mógł, a niż woiewodą Sandomirskim. Iuż pewnie odesłał oboie (2). Co myśli, nie wiem. To tylko powiada, że panu nie chce bydź w niczem obowiązan.

Ja sam, chcąc iako naylepiey sprawy synowcowe postanowić, ieszcze tu mieszkam, bobym rad tak rozprawił, iakoby mi sam rychło ieździć nie potrzeba. Rychłoli doma będę, ieszcze nie wiem. Panie Boże day rychło, a WM, swego miłościwego Pana, w dobrem zdrowiu zastał. Z Krakowa 29 lipca 1583.

(2) Byłato bajeczka; bo Szafraniec umarł wojewodą Sandomierskim roku 1590

cipuus hactenus fuit, et nunc est, ut obedientia inter Regiæ Majestatis Vestræ subditos retineatur, haud impune laturos, certo certius mihi persuadeo: controversia vero ista a judiciis terrestribus Pysdrensibus ad tribunal regni Petricoviense per eundem Mieliński mota, per Domini Rozrażewski, fidejussoris mei, interpositam appellationem ad regni comitia, vel curiam Regiæ Majestatis Vestræ devoluta. Unum hoc a Regia Majestate Vestra, quum intercessorias Sacræ Cæsareæ Majestatis, Domini mei clementissimi, literas in tanta itineris longitate, et temporis brevitate, habere nequeam, submissa cum observantia peto, ut Regia Majestas Vestra, attento consideratoque, quod Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ jussa, mandata, et voluntas, quam Majestas Vestra Regia, tum Sacra Cæsarea Majestas mihi per literas declaravit, non tam negligantur, sed ab inimicis meis contemptu habeantur; extortas a me contra omne jus omnemque æquitatem obligationes, vel mihi restitui, vel annulari cassarique pro auctoritate sua regia jubeat. Id ubi mihi firmissime persuadeo, factum fuerit, nullius ordinarii judicis cognitionem subterfugiam, imo lubens suscipiam. Hisque me Sacræ Regiæ Majestati Vestræ commendatum cupio, ab eademque benignum et justum responsum submisse peto et expecto. Datæ Vratislaviæ, in fortalitio imperatorio, 30 julii, anno 1583.

CL.

Domini episcopi Vilnensis, in Livonia locumtenentis, ad Sacram Regiam Majestatem literæ de victoria ex Danis in Curlandia adepta.

90 109 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime Rex et Domine, Domine clementissime. Postquam misi proxime puerum meum ad Majestatem Vestram cum literis, advenerunt tres internuntii ex insula Osiliensi, a Domino Farensbecio, qui compositionem aliquam, seu potius inducias cum Domino Penkoslawski tractarint: ipse nolens hoc sibi sumere, nuntios ad me rejecit. Quos etsi jam cognoveram, nihil aliud afferre, quam simplicem aliquam petitionem induciarum sine ulla conditione, audiendos eos tamen putabam, et quando Majestas Vestra nostros milites secedere jussisset, eam occasionem, qualiscunque fuisset, exsequendi Majestatis Vestræ mandata optimam ratus essem, cum iis de induciis agere volebam.

Interea temporis Dominus Penkoslawski, qui loco satis incommodo erat, quum aliis de causis, tum quod facile literæ, ultro citroque missæ, interciperentur, ea legatorum occasione invitatus, exinde cum militibus Illustrissimi ducis Curlandiæ movit, ut, dum legati mecum tractarent, paulo remotius, et in loco commodiori consisteret, quod a Piltensibus ita videtur fuisse acceptum, ut crederent nostros timere, quando jam cognita Majestatis Vestræ voluntate, et ipsis per literas interceptas perspecta, ab incepto desisterent.(1) Eam igitur occasionem nacti suos exulceratos, et malevolentia suffusos animos prodendi, eductis, ut postea cognitum est, sexaginta equitibus, et octoginta peditibus, nec non tribus campestribus tormentis, nostros satis lente pergentes insequi coeperunt, et tertia demum die, sex ab arce Piltinensi milliaribus, in

(1) Mieszkańcy Piltynu, dowiedziawszy się z przejętego listu, że król, który chciał zapewne łagodnemi środkami skłonić ich do uznania swego zwierzchnictwa, kazał wyjść wojsku z ziemi Piltyńskiej, nabrali serca i uderzyli na garstkę Polaków pod sprawą Pękosławskiego. Pamiętniki Milerowe do panowania Stefana Batorego, p. 122. Jak zostali przyjęci, okaże się z dalszego ciągu tego listu. Miler powiada także, że przestrzelono delią Pękosławskiemu.

Moysa quadam, in qua constiterant, paulo ante lucem eos de improviso fallacia et fraude, sicuti etiam prius fecerant, sunt adorti, et quindecim ex militibus nostris in hospitio, quoad primum illis occurrerat, diversantibus, antequam in equos insilire potuerint, statim trucidarunt, inter cæteros Stanislaum Solimirski, cum sex sociis, qui testimonio, tam nostrorum, quam aliorum ducis Curlandiæ militum, erat promptissimus, et [in re] militari prastantissimus. Nostri quamvis de via fessi, qui per triduum in armis fuerant, neque ex equis desederant, quum omnem tamen suspicionem non abjecissent, extemplo se collegerunt, et adversarios magna vi, et robore animi repulerunt, magnamque illorum stragem ediderunt: numerata enim sunt quadraginta quinque cadavera illorum, qui tria illa tormenta, quibus ex adverso Moysæ collocatis magnum nostris damnum inferebant, a nostris tandem capta, tuebantur; et alio in loco multi, præter illos, qui fugientes passim, sunt cæsi. Ita major pars eorum, qui ex arce Pillen exiverant, extincta est, cæteri et quidem pauci in fugam conversi evaserunt, diu tamen restiterunt, præsertim ii, qui apud tormenta constiterant, qui post aliorum fugam fortissime ad duas horas dimicationem incerto exitu pertraxerunt. Denique divino auxilio, et nostrorum opera, inprimis autem Domini Penkoslawski consilio et virtute singulari, neque tamen sine magno vitæ suæ periculo, qui quatuor sclopetorum ictus evasit, factum est, ut nostri victoriam Pillensem suæ perfidiæ et temeritatis præmium reportarint. Inter cæteros necatus est regis Daniæ legatus ille, qui ad assistendum baptismati infantis Farensbecii missus fuerat, et una cum alio comite ex arce Pillensi, muneris sui oblitus exiverat. Captus est princeps militiæ præfectus, Cevaivel [Zweifel] nuncupatus, Regiæ Majestatis Vestræ in ducatu Prussiæ subditus, qui quum videret, se aufugere non posse, in silvam se abdiderat, et a mareschalci ducis Curlandiæ puero compertus, et detentus est. Is justo Dei judicio in manus nostras videtur incidisse, qui ex primo prælio elapsus (2) et a Magnifico Domino succamerario [Stanislao Kostka], tanquam ab antiquo amico monitus, et juramenti prastiti, et fidei Majestati Vestræ debitæ immemor esset, in sua perfidia voluit persistere, seque Majestati Vestræ non subditum, sed inimicum prastare. Jussi hominem in hanc arcem quamprimum deduci, ut de numero militum et hominum in illa existentium melius cognoscerem: adhuc sibi non constat, et ea de re varie loquitur, illud fassus est, ex arce prodiisse, ut in nostros insultarent, sexaginta equites, et octoginta pedites.

Quum res eo esset, consultum videbatur, ut nostri arcis Pillensis deditionem urgerent, quod minus difficile hoc tempore foret, quum exiguus ibi restet hominum numerus, et commeatus, sicut certo accepimus, illis deficiat. Sed tamen quum Majestatis Vestræ expressam voluntatem, ex ipsis literis proxime acceptis cognovissemus, ita cum Domino duce Curlandiæ constituimus, ut arces in Majestatis Vestræ deditionem recepta bene muniantur; cæteri milites in finibus Samogitiæ, secundum Majestatis Vestræ mandatum collocentur: ita fiet, ut quum Majestas Vestra alias arces et totam [Livoniam] teneat, illa una excepta, et adjunctis agris, Pillenses etiam se dedant, quandoquidem ipsis bonorum suorum fructibus carere necesse est, et nullum

(2) Zbitwy pod koniec maja z Oborskim stoczonej.

illi ex Dania subsidium habent, neque sint habituri, uti singulis diebus ex adventantibus navibus accipimus.

Scripsit etiam nuper quidam nobilis Holsatius, familiaris meus, qui in Daniam erat profectus, se in aula versatum esse, ibique cognovisse, Curlandos post priorem illam pugnam misisse conquestum coram rege, quod nullam haberent defensionem, et responsum iis esse, ut quod coepissent, ipsi ad exitum deducerent, regem nolle se iis curis implicare, quod ex eo confirmari potest, quod ejusdem regis secretarius, qui prioribus diebus missus fuerat ex Dania, ut bona regia et nobilium revideret, quum nulla ad regem spectare intelligeret, dixisse fertur, nihil est, quod rex Curlandos defendat, et bellum ea de causa suscipiat, quum nullum inde commodum, aut emolumentum sit percepturus: quod sincere se relaturum regi affirmabat.

Accepto nuntio de ea pugna in Curlandia, qua die luna praterita, octava presentis mensis successit, legatos Farensbecii, qui aderant, ita dimittendos censuimus, ut intelligerent, quamvis ad illius intercessionem de paciscendis induciis cogitarem; tamen quum Piltenses, dum illi hic inducias tractant, ita mala fide nobiscum egerint, et plane hostilem animum erga Majestatem Vestram agitaverint, me eam omnem cogitationem deposuisse, mihique cum iis tanquam Majestatis Vestra hostibus agendum esse. Quoniam autem iidem legati mentionem fecerunt de pace et bona amicitia, qua est inter Majestatem Vestram et Dania regem, illis respondi, me non cum rege Dania [agere], quem scirem esse in bona amicitia cum Vestra Majestate, et nolle in ea, qua ad illum pertinent, sicut res ipsa probat, se ingerere, sed tantum cum solis subditis rebellibus Majestatis Vestra rem habere, atque paratum esse illi, tanquam regis mei amico, omne officii genus prastare, atque ita hodie illi a me dimittuntur.

Prasidia arcium ita sunt constituta, ut Korffio Amboten cum triginta quinque equitibus, et totidem peditibus, Angermunde Piltino viciniorem, et loco magis periculoso sitam, Albertino Italo cum centum peditibus, et decem equitibus, quibus Jacobus Laczkowski, familiaris meus, olim Majestatis Vestra rothmagister, praerit, custodiendas tradiderim, Sacken vero ad mare sita, uti et Angermunde, qua plane omnem illis aditum intercludit, etiam cum centum peditibus, et quinquaginta equitibus alicui, qui Domino Penkoslawski magis probatus fuerit, committeretur. Neuhaus, qua nullius valoris erat, diruta est.

Ad eos milites retinendos, qui jam omnino erant discessuri, cum Majestatis Vestra et Reipublica incommodo, et sine ulla dignitate, quandoquidem a Majestate Vestra pecunia non submittitur, conquisivi aliquam pecuniam ex variis hominibus, magno cum labore meo et molestia. Non dubito, quin Majestas Vestra tam diu expectatam pecuniam sit missura, et fidem meam, quam Majestatis Vestra nomine interposui, liberatura, praesertim quum verendum sit, ne hac in pecuniis mittendis tarditas aliquando incommodum aliquod, et periculum huic provincia inferat: nam et milites ultradunenses, quos bonis verbis usque ad hunc diem detinui, non persolutis sibi debitis stipendiis, omnino volunt discedere, neque

ego possum illos amplius detinere. Dominum succamerarium adhuc apud me esse volui, dum a Majestate Vestra ad priores literas meas responsum haberem. Gratiæ Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ me humillime commendo. Datæ ex arce Rigensi, die 13 augusti, anno 1583.

CLI.

Edictum regium, quo salis transmarini importandi libera potestas Terris Prussiæ relinquitur.

Teka Naruszewicza 96. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 64.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Universis et singulis, ad quos præsentes hæ nostræ pervenerint, maxime vero Generosis et Nobilibus, Sebastiano Lubomirski, salinarum nostrarum præfecto, et Alberto Koniecki, teloneorum nostrorum ad Montem Album exactori, eorumque loca tenentibus, fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam. Quum juxta constitutiones Terrarum Prussiæ ubique transmarini salis intra Prussiam usus esse debeat, multorum querelis ad Nos relatum est, ad Montem ipsum Album, qui media quodammodo Prussia continetur, ob prohibitam importationem salis ejus in Poloniam, multis modis usum eum inhiberi: Nos quum jura Prussiæ in suo statu permanere, ne tamen sales transmarini in Poloniam contra statuta importentur, omni etiam ratione cautum, severeque prohibitum velimus, ne salis transmarini negotiatio a quoquam deinceps intra Prussiam impediatur, custodia vero ea, quæ ad Montem Album ac aliis in locis nuper fuit, ad fines ipsos atque loca in iis posita, juxta statuta et superioris temporis consuetudinem transferatur, ibique in eos, qui transvehendis ultra fines salibus in edictum committunt, de more quæratur animadvertaturque, serio hisce statuimus mandamusque, juribus publicis et regalibus nostris in omnibus salvis.(1) Datum Cracoviæ, die 28 augusti, anno Domini 1583, regni nostri octavo.

CLII.

Stephanus Rex.

Relatio legationis Jacobi Ponentovii ad Daniæ regem.

T 90. 114. Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Tandem vero Lubecam prætergressus, in Holsatiam, Daniæ regis provinciam, Lubecensis urbis mœnia prope contingentem, 26 augusti die perveni, ac inde diverti Segebergam oppidum, quo pridie excesserat rex, Carolus regis Sveciæ frater, et Ulricus Megalopolensis dux, regius socer. Hunc una et socrum, dum partum Henricus reginæ filiæ præstolaretur, in regia sua Haderslebiensi, mense plus uno hærentem, eo usque reduxerat. Carolus vero, dum a palatino Rheni socero domum regreditur, in portu Travemundensi Lubecensium adversis ventis in tredecimum usque diem retentus, interim Segebergam, quæ aliquot inde passuum millibus distat, venientem regem quum rescisset, pro amicitia, quæ avita inter eos esse dicitur, hunc officii ergo adiit. Nihil ibi gravioris rei actum creditur, acriter tamen dimicatum passim ferebant, dum rex

---

CLI. (1) Stany Pruskie kilkakrotnie w latach przeszłych, a mianowicie roku 1580, domagały się zniesienia zakazu sprowadzania soli zamorskiej, której do kraju nie wpuszczano, żeby się nie zmniejszył dochód z kopalni krajowych. Król przychylił się teraz do ich żądania, i strażników solnych na granicę Polski usunąć kazał.

genio indulsisse, ac lautus hospites excepisse satagit.

Jam in vesperam inclinarat dies, Henricus tamen Ransonius, ex Holsatica nobilitate vir facile primus, regis in illa provincia vicarius, et Segebergæ (Segetergæ) præfectus, in morem jam edoctus, nuntium Regiæ Majestatis adesse, misit qui illius me nomine officiose salutaret; paulo post obsonia quædam ab illo allata, et accuratius de nomine atque comitatu perquisitum, quum palam adderetur, regem hoc de me momento certiorem reddi oportere, et eo potissimum nomine senem Ransonium in tam intempestam usque noctem, vigilias non de more protraxisse. Denuo mittit Ransonius, se quidem statuto antea, in re admodum seria, die, hinc jam jam avocari, at orare, quum domus illa, ubi tum regis præsentia arce ædibusque suis exclusus, habitaret, ex itinere meo esset, ad eum ut paululum diverterem, Lubecam ubi consecutus fuerit. Tum vero ille, ut est humanitate summa (quod insolens Holsatiæ), officii causa me convenit, atque præsetulit, legationem meam fore regi suo gratam, ita ut in spem venirem, vanos fuisse rumores, qui passim ferebantur, regem scilicet Daniæ de Regia Majestate apud plerosque Germaniæ principes questum esse, et vindicandæ Curoniæ causa, quæ non modo tentata, sed truculenter evastata esset, bellum parare. Porro Rensburgi (ubi jam Jutiæ initium), sponte sua meus hospes regem hoc oppido propere, nec expectato comitatu, allatis quibusdam literis, discessisse, ac postea magnis itineribus contendisse Haderslebiam, refert, quum jam antea vel eo loci, vel Flensburgi, diebus aliquot commoraturus vulgo crederetur. Nec mora certius nuntiatur, regem etiam Haderslebia profecturum.

Ego itaque magna celeritate ad cancellarium Ramelium præmisi, illi ut sub specie impetrandi hospitii de me palam fieret. Magna is comitate meos excepit, ac se regem hoc nomine aditurum pollicitus, præsto sibi in arce [eos esse] jussit. Sed iis tandem, quum longo satis intervallo id fieret, se regem (lætum quidem interea), convenire non potuisse respondet, suadere tum, ut quod optimum in illa civitate possint, occupent hospitium, non minimum vero momenti in eo positum ratus, ut antequam egrederetur rex, advolassem.

Serius eo die, quam vellem, jamque pæne præcipiti in occasum sole, ita tamen contendi, ut tunc quoque facile crediderim, ac vero posthac constiterit, regem adventus mei non ignarum, incomitatum diluculo regia excessisse, nec illius tam citi itineris aliam exstitisse causam, nisi quod vitaret omnino per me præveniri, adeo clade suorum Piltensi fuit offensus. Ad cancellarium vero, ac si quid ageretur ignarus, officii causa atque eo nomine mitto, is ut efficiat, quo legationis meæ mandatum apud regem Serenissimum mature enuntiare liceat. Gravissimis hunc avocatum regni negotiis, summo mane hinc discessisse respondet, se tamen id enixe curaturum pollicetur, tum vero apud me affuturum humanissime recipit.

Sub vesperam tandem, Abel Bornar secretarius adest, publicis curis gravioribus

magnopere distentum ait, ac id quod vehementer cupit, officio eum fungi non posse excusat, praeterea nuntiat, censere eum cras non intempestive velle me responsum allaturum iri, vel ipsum regem affuturum. Crastino autem alter secretarius occupationes easdem ingeminat, nec vero praetermissurum cancellarium refert, in ista ac alia [re] quadam efficere, quin omni genere officii animum erga me suum explicet. Addit praeterea, regem senatoribus suis, quos jam jam affuturos aiebat, id dedisse negotii, mecum ut hac de legatione agerent, omnia postmodum ad illius Majestatem relaturi. Brevibus respondeo, non esse quod D. cancellarius de me sit sollicitus, abunde mihi, integra dignitate Regiae Majestatis, Domini mei clementissimi, satisfactum existimet, de reliquis vero posthac me acturum.

Ut vero quum non jam obscurum esset, ob acceptam in Curonia cladem, regem alienato ac prorsus infenso animo haec egisse, atque vererer, ne adventu, quos nominarat, senatorum, difficiliora postmodum evaderent, quae eodum expedita videbantur, in id consilium descendi, ut praetermissi officii eos ante potius arguerem, quam Pilitensis praelii eventum, qui necdum plane id temporis cognitus mihi exstitit, excusare necessitas esset. Cancellarium itaque, quem magna nunc apud regem auctoritate pollere certum est, in ipsa vicinia commorantem, adii, atque hominem (verbis tamen) paratum offendi, qui jam jam me adiret, et eo genere officii praeventum cuperet. Regem triginta illinc milliaribus jam abesse, et in re quadam ardua, regni Daniae senatoribus diem locumque edixisse refert, certis vero de causis, ac ne vel diuturnioris moras tedium, vel itineris contragosi et longinqui difficultas mihi sit molesta, illi ac nonnullis senatoribus id dedisse negotii, mecum ut de legatione, per eos posthac ad illius Majestatem referenda, conveniant, tempus etiam locumque nominat. Antequam ad illa respondissem, quantum fefellerit Regiam Majestatem in decernenda legatione opinio, solitudinem domus meae, obvectitos congressus testem, talem posthac regis discessum, ac omnia plane praetermissa, quae nedum officii erant, sed moris in illa quoque regia pervetusti, mirabundus commemoro, nec ignarum me praedico, solenne id regum oratoribus esse, quo ad mandata legationis suae exponant, non ante solere hoc genere officii coluisse vel amicos, vel regios praesides, eos ut adierint, ac iis cum qua de re contulerint; graviores vero causas necessitatem mihi imposuisse perverendi potius hujus moris, quam ut dum hunc sequor, eo impellar, quo me omnino cogi nolim. Speciosa videri fatendum est, quae hic referuntur, Serenissimum scilicet Daniae regem, prospectum mihi hoc nomine voluisse, ut ne vel tedio morae angi, vel itineris difficultatem iterum subire necesse sit, ac nisi res ipsa diversum testetur, neminem esse, qui non id illius Serenitatis humanitati tribui debere agnoscat.

sed omittere me hæc adhuc tum ferenda, legationis vero exequendæ prolatus modus plus certe novitatis habet, quam ut integra id majestate regis Serenissimi admittere fas esse crediderim. Sacram Regiam Majestatem, Dominum meum clementissimum, ad regem me Serenissimum Daniæ, non ad senatores ejus ablegasse. Itic nisi ita se præbeat, ut coram legationis meæ mandata exponi patiatur, non est quod senatores hoc nomine suos per me impeditum iri illius Serenitas existimet.

Virum utique bonum crediderim, nec rerum imperitum censeo Ramelium cancellarium, qui tum quoque non quidem regio nomine, sed privatim fateretur, regem magnopere offensum esse, quum et Budius, orator regis Serenissimi, non ex illius dignitate, atque more veteri, a Regia Majestate exceptus, quinta demum die admitteretur, postea vero ita neglectus spretusque esset, ut post totos viginti dies agre responsum, vel potius missionem tandem aliquando expressisset. Illa vero gravicora, quæ in episcopatu Curonia, dum retineretur Budius, et post dimissum quoque accidere, crudelia, horrenda, nec minus inexpectata. Dum itaque reveretur illius Majestas, ne legatione coram enuntiata gravis injuria illius Majestati illata retricetur, commodum fore existimavit, modo hæc qui profertur peregisse, se tum, perspecta jam voluntate mea, pro eo quod benevolentia inter Serenissimos reges retinendæ semper studuerit, id quoque ut ne mutuæ amicitiæ officiat, sedulo curaturum. Mirum videri respondeo, non potius clementem Regiæ Majestatis animum hic agnovisse Budium, quem ita admissum non plane abnuerim, propterea forte quod tum demum admitti cuperet, sed nec tempus illud, nisi nimium properanti longum, nec differi potest, in ipso, quem offenderat, apparatus fervore, ac, nisi fallor, die quadam solenni datam illi Regiæ Majestatis adeundæ potestatem, quin et amicissime per Illustrissimum regni cancellarium invitatum, et id excusasse memini.

Livoniam quo jure possederint reliqui Poloniæ reges, jam et satis constare, nec quantum juris bello per Regiam Majestatem ita gesto acceserit, quum universus prope terrarum orbis sit testis, repeti hic oportere. Hæc autem non asserendi nunc, aut infirmandi juris causa, me commemorare, quam ut quicquid illud est, ut in controverso jure absolet, lenius certe, quam ferebatur, acciderit, hinc emanasse, casum vero cætera attulisse appareat; nec vero Serenissimum Daniæ regem adeo impotenti animo esse crediderim, ut non hostium quoque, nedum amicorum regum oratores, gentium jure salvo, ac dignitatis suæ memor, admittat. Regiam porro Majestatem, Dominum meum clementissimum, uti unalis hisce, animum majoris vindictæ capacem, atque maxime potentem, explere velle, ut Budium vel non pro more admiserit, vel in illum rerum Curonicarum eventum detinuerit, nemo sanæ mentis existimabit. Studium autem

illius in retinenda regum amicitia mihi probari magnopere, atque quam et illud pergratum esse intelligat, quod se velle efficere [quod] amice recipiat, nec usque illum ab officio boni et prudentis viri aberraturum me existimare.

Quum ita discessum esset (strenue tabellarium cucurrisse apparebat), quarta hora alterius diei nuntiat regem respondisse, difficile id fore, hinc ac inde perverrantem convenire, post non multos tamen dies rediturum, ac si potius videatur, jam antea proposita ratione egisse, senatores qua vellem hora in regia affuturos. Omnia expendenti in mentem veniebat, mutata quodam modo legationis conditione, non aliud potius agi debere, quam praetensa justitiae, vel specioso duntaxat causa, ab illa abstinere. Ut quid enim esset, is ut controversiam conciliet, aliumve intercepta litis alienae, vel legatorum non ex dignitate admissorum arguat, qui adeo offensus esset, et tantumdem injurius esse pergeret? Inde apparebat, utcunque mota litis, vel occupata demum Curonia, aequirem fore Regiae Majestatis apud omnes excusationem. Quum vero necdum justa videretur causa, et tot hominum potestatis infinita, qui se in aestimandis alienis rebus parum aequos quandoque praebent, judicium esset subeundum, in occasionem intentus, dies aliquot ita sum abire passus, ut facile tamen appareret, mihi non plane satisfactum esse.

Dum autem haec ita geruntur, jam prope duplo non admissum Budium vindicarant, sic ut verear, ne quinario ita succedente, ille vigesimus octavus dies perinde evaderet, conandum itaque ratus, si non eo res, quo quidem certe cupiebam, deduceretur, illud tamen consequi potuissem, ne in immensum tempus extraheretur, in haec igitur verba literas ad cancellarium mitto.

„Quum tot jam argumentis, non ex dignitate Serenissimi regis mei, legationem illius Majestatis hic admitti animadvertam, non ultra et dignitatis ejus Majestatis, quam vel vita ipsa redemisse semper censuerim, immemor, et Serenissimo regi vestro molestus esse pergo, atque ita decretum est, in Poloniam, relicta hac regia, mature regredi, ita tamen, si me Serenissimus Daniae rex cum dignitate Serenissimae Regiae Majestatis revocet, libenter sane nec mihi, nec tempori, nec ulli denique operae pepercerim, si modo legationem meam, studii ac benevolentiae illius Majestatis testem, cum S. Regiae Majestatis dignitate coram enuntiasse liceat."

Facile apparebat, ex inopinato id illi accidisse. Secretarium e vestigio ad me mittit, qui dum superiora repeteret, officii intermissi ac ejus interjectae moram culpam in ardua regis occupationes Curonicarum interea rerum non immemor rejicit, certo jam ac brevi regem adfuturum, atque ita quam cuperem cessura mihi omnia pollicetur. Viliores sortis homines secretarios illa regia habet: brevioribus itaque respondisse visum, ut tantum

Ad iter vero omnia parari ac palam componi jubeo, ut vel illud, quod tum quoquo cupiebam, interjecta mora occasionem consequerer, vel diem tandem ita exprimerem. Id posteaquam nuntiatum esset cancellario, ultro citroque toties inter nos ibat redibatque ~~cancellarius~~ secretarius; sed dum incassum fieret, in fano tandem prope domum meam congressi, quum omnia utrique repetissemus, ac suam quisque tueretur sententiam, ita convenit, ut fidem daret, se eadem hora ad regem, jam feliciter ex illo contragoso loco redeuntem, profecturum, et nisi ex animi mei sententia peregisset, meo me arbitrio uti denique permissurum. Egit ex pacto, atque redit ad horam. In eodem iterum fano, regis gratiam, atque illius in nomine retert, nihil unquam tale in mentem venisse potuisse sacrae ac serenissimae (hic plerique tituli ad illius mentionem decantabantur) Regiae Majestati, quo non dignitatem quoque regis serenissimi integram esse vellet. Summa quidem injuria, ac praeter omnem spem accidisse, ut vetus regum Daniae, ac illius Majestatis in Curonia possessio nedum tentata, verum et atroci inauditaque truculentia (verubus vivos tostos homines magno illius Majestatis dolore nuntiatur), evastata esset; Regiam tamen Majestatem eodem haec ac alia inde profecta, suspenso magis animo, ac plane perplexo tulisse, quam ut quid tale cogitaret, quod relinquendae legationis necessitatem imponeret. Viginti quinque annis regnanti, ac omnium christianorum principum legationibus toties fatigato, nunquam accidisse, ut sibi a quoquam oratorum ita praescriberetur; clementer tamen illius Majestatem existimare me id egisse, rationes meas et peculiaria huc nomine mandata secutum. Cum vero intra quadriduum regem adventurum, ac postea altera tertiave die me admissurum, edicit. Jam toties, inquam, inter nos repetita non esse quod amplius commemorentur; sed si discessum suum, si morem in excipiendis regum oratoribus, si iter ita compositum, si tempus ita extractum, cum exacerbato palam animo, ob eam Curonicam cladem, in immensum ad invidiam auctam, recte rex Serenissimus contulerit, non me rerum penitus ignarum, vel parum prudentem, sed potius officii probe memorem, inter eos temporis sui oratores benigne numeraverit. Conditionem porro temporis haud me aspernari, at dum vereor, ne primis ultima consentiant, id quoque desiderare, ut non modo de admittendo, verum et de dimittendo me constet. Id etiam fore altera tertiave die, simul pollicetur, nec vanus horum omnium auctor exstitit.

Perendie rex per aversam arcis portam rediit, ac eadem prope hora ad me cancellarius regis nomine mittit nuntiatum, secundum, ritu vetere, septembris diem, quum ultima tum esset augusti, explicandae legationis causa, regem Serenissimum edixisse. Idem paulo post, si modo ~~id~~ id libeat, etiam me crastino admissurum adfert, illud vero percontari, publice an privatim audiri malim. Arbitrio me acturum Serenissimi regis respondeo, temporis conditionem reverenter nec minus libenter accipio.

Conditione peracta, decem forte aulici, equus phaleratus, auro intertexta stragula ornatus, adducitur, et regis ipsius quadriga, qua in palatium vectus, in cubiculum, ubi cum solis tribus senatoribus expectarat rex, deducor. Passus aliquot ab iis mihi obvius dextram porrigit. Primum vero sinceræ benevolentiæ ac studii Regiæ Majestatis commemoratione facta, literas Regiæ Majestatis trado. Id posteaquam illi cancellarius interpretatus esset, humanissimis verbis ad ea Regiæ Serenitatis nomine respondit, et fidem plenam, non lectis tum literis, Majestatem illius adhibere renuntiavit. Latinæ linguæ penitus ignaro, vanus forte, ac nescio an adeo dignitati consentiens labor fuisset, legationis mandata recensere (constituto itaque, id si potius mallet, qui coram illa enuntiaret), scripto hæc jam comprehensa exhiberi, an vero ita legi vellet, arbitrio id me Serenitatis suæ permittere, ac simul eodem mihi modo tempestive responderi. Hic quoque humanissime respondetur, Sacram ac Serenissimam Regiam illius Majestatem, quum eadem scripto contineri audiat, quæ hic essent recensenda, benigne id admittere, nec dilaturam, quin altera die scripto respondeat. Toto illo tempore, quoad redeunti dextram iterum more suo porrigeret, aperto capite stetit rex. Ac demum in hospitium reducor.

Medio sequentis diei cancellarius cum Bielionio senatore responsum regis attulere. Tempus perlegendi quum poposcissem, ac in quibusdam verbis diutius hærerem, illa dum ad suum sensum interpretatur Bielionius, nihil omnino alienum ab amicitia Majestatem illius egisse, quin etiam, nisi horum intercessisset auctoritas, ex ratione legationis aliter agi potuisse subjungit, nec unquam tamen eos benevolentiæ inter Serenissimos reges retinendæ defuturos addit.

Ramelius vero, sui non immemor, tabulas ac privilegia proferebat, quibus de damno testaretur, simul et Majestatem Regiam supplex oraret, illius ut causam, ab eo Regiæ Majestatis responso longe diversam, aliquando ~~tamen~~ tandem Regia Majestas cognosceret (1).

Utrique ita responsum, ut plane appareret, et mihi satisfactum non esse, et iis aliquid defugisse.

CLII. (1) Jestto ten sam Ramelius, o którego summę pożyczoną Zygmuntowi Augustowi król Duński do króla Polskiego często pisywał.

CLIII.

Responsum S. R. Majestatis Daniæ, Serenissimi Poloniæ regis oratori, Generoso Jacobo Ponentovio, datum Haderslebiæ, die 2 septembris, anno Domini 1583.

90 117

Ex mss. bibl. Kurnicensis, et ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Sacra Regia Majestas clementissime a Domino oratore postulat, ut in reditu suo ad Serenissimum Poloniæ regem principio salutationem commissam Majestati ipsius bona fide referat, tum ad substantialia legationis scripto comprehensa et exhibita, quæ tribus potissimum partibus distincta Sacra Regia Majestas cognovit, ordine quo sequuntur, respondere in mandatis dedit.

Primum literas de controversiis Serenissimorum Poloniæ et Sveciæ regum, amanter sopiendis, anno superiori eo animo ad utrumque Serenissimum regem a Sacra Regia Majestate ejus datas esse, quo nascens in tanta vicinia, et gliscens adhuc incendium intercessione sua, antequam invalesceret, restingueretur. Eam etenim operam studiumque tum utilitati publicæ, tum mutuæ erga utrumque regem benevolentiæ debere se ipsius Majestas existimabat. Quandoquidem vero jam per Dominum oratorem multa gravesque causæ in medium sunt adductæ, quapropter Serenissimus rex Poloniæ hactenus, et responsum ad illas literas distulerit, et oblatam intercessionem, pro ratione dignitatis et commodi suæ Majestatis, subire, seu admittere non potuerit; Sacra Regia Majestas satisfactionem facile accipit, eidemque libenter acquiescit, non defutura tamen porro boni vicini, et publicam tranquillitatem amantis, ac amplectentis principis officio, si quid a se quacunque commoda ratione in medium consuli poterit.

Deinde ad Curlandiæ seu Curoniæ episcopatum, nunc præter spem in controversiam adductum, quod attinet, palam est, neque ulla justa honestaque ratione, quasi contra communia principum, adeoque ipsius humanitatis jura, alienis rebellibus subditis receptum ac patrocinium præstet, imputari posse, neque subditos illos Majestatis ipsius, qui dum in fide antiquitus Sacræ Regiæ Majestati, ejusdemque prædecessoribus, Daniæ regibus debita, permaneant, seditiosos jure vel criminandos esse. Quicquid etiam hac in re utrinque fit, æquissimo jure, more, institutoque majorum esse factum, quandolibet satis liquido, ac sufficientibus documentis comprobari poterit. Quare non sine Sacræ Regiæ Majestatis, ejusdemque subditorum injuria asseritur, eos, nunc demum largitionum immodicarum ab Illustrissimo quondam duce Magno sibi factarum metu, ad ipsius Majestatem, ac alienum patrocinium se contulisse; quum quidem per expressum pactum, sæpe hoc ipso directi dominii regii patrociniique jure, duci Magno episcopatum illum permissum esse, tam ejusdem, inclitæ memoriæ, ducis Magni sigillo manuque, quam subditorum eorundem quoque literis, multis annis ante ipsius mortem datis, demonstrari potest. Alienum hoc loco foret, et de prima fundatione, qua Waldemarus secundus, quondam Daniæ rex, trecentis abhinc ferme annis, episcopatum illum instituit, et alia nonnulla prolixe afferre. Accedit huc quod in omnibus transactionibus, pactis et fœderibus cum Serenissimis Poloniæ et Sveciæ regibus, ipsoque magno Moschorum duce initis, Serenissima Daniæ Regia Majestas inter alias inprimis hujus Curlan-

dia episcopatus jura per expressum sibi reservavit, quemadmodum eorundem pactorum formulis liquido licet cognoscere. Ad possessionem, vel ..... tam directi, quam utilis dominii, quod attinet, constat, et notum est, a puncto mortis ducis Magni, Serenissimam Regiam Daniæ Majestatem, nomine præsidioque primariam, seu prætoriam arcem Piltenam, a qua reliquæ omnes dependent, facta consolidatione utilis dominii cum directo, possideri, reliquas quoque fereque omnes arces et curias sub patrocinio ejus Regiæ Majestatis perstitisse, adeoque adhuc persistere, exceptis iis, quæ per summum nefas, non militiæ, sed latrocinii more, ejectis ac passim trucidatis possessoribus, violenter ereptæ sunt, ac devastatæ. Quum itaque ex his omnibus cuivis constare possit, Serenissimam Daniæ Majestatem, æquissima justissimaque intentione, possessionem directi et utilis dominii istius episcopatus, tam in petitorio, quam in possessorio, optimo sibi titulo vindicare, nequaquam futurum sperabat, ut in illo liquidissimo jure suo a quoquam interpellaretur. Verum tamen quum jam intelligeret, a quibusdam Serenissimi Poloniæ regis subditis, novo ac satis insolenti exemplo, divinis ac humanis legibus et juribus atrocissime violatis, id factum esse: postulat amanter ab eodem, ut pro æquitate et justitia omnibus debita, in perturbatores illos publicæ pacis, qua decet severitate animadvertat, quo et ipsius Majestati, et subditis, cum passis de damno et injuria illata satisfiat, ac ut porro ab omni maleficio, tum illi ipsi, quam alii eorum complices sibi temperent, severe, gravique proposita pœna interdicat, ne, si præter omnem spem id non fiat, tandem Sacræ Regiæ Majestati ipsius necessitas imponatur cogitandi de mediis, quibus aliquando violati juris sui ab ipsis auctoribus vindicta repetatur.

De bello Moschovitico, pro Livoniæ provincia acquirenda, et recuperanda, maximis impensis suscepto, nihil hic attinet disputare, quoniam bellum istud cum hoc episcopatu, quem nunquam hostis infestavit, multo minus occupavit, nihil commune habet, neque vero vel obolus ejusdem episcopatus, seu acquirendi, seu recuperandi, vel etiam propugnandi causa, nunquam impensus est. De societate illius belli recusata, quæ citra scopum adferuntur in medium, tametsi ea ad hanc de episcopatu Curlandiæ disceptationem nihil pertineant; tamen ut, quod res est ad id quoque respondeatur, in recenti adhuc est memoria, et acta istius rei fidem perhibent, constitutum utrinque fuisse, ut Danici, Poloniæque regis commissarii, Stetinum societatis certis conditionibus ineundæ causa, ad prostitutam diem ablegarentur. Quo quum Danici appulissent, ac in decimum usque diem Polonicis, nec advenientibus, nec quidquam nuntiantibus frustra prostolati fuissent, re tandem infecta, domum redire coacti sunt. Ab eo autem tempore nihil posthac de societate ista, vel etiam communicandis belli sumptibus, quidquam actum esse constat, mutuum tamen aliquod, et per literas, et per Farensbecium petitum deinceps, ac gravissimis de causis injecta excusatione negatum fuit. Et hæc quidem omnia actis sunt conformia. Apparet itaque neque ex hac causa, neque ex omnibus superius adductis rationibus aliquid superesse, quod Serenissimo Poloniæ regi quidquam vel directi, vel utilis dominii, tam in petitorio, quam in possessorio, quoad istum episcopatum jure tribuere possit.

Nihilominus tamen si quid juris sibi competere existimat, non recusat Sacra Regia Majestas, salva tamen interim possessione sua, principum aliquam intercessorum utrinque nominandorum auctoritatem, qui ex bono et æquo inter utramque Regiam Majestatem cognoscant, statuant ac dijudicent, idque eo nunc se facturam esse promptius pollicetur, quod idem Illustrissimo principi, Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, Prussiæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubarum, Vandalorum, et in Silesia in Jagerndorff duci, burgravio Norimbergensi, et principi Rugianorum, cognato, affini et fratri suo charissimo, obnixe et proprio motu, singularique studio petenti, amanter receperit, et nequicquam, quod ad summam æquitatem spectat, in se desiderari poterit.

Tandem ad Generosi Henrici Ramelii debita quod attinet, meminit Sacra Regia Majestas quam sæpe, quantaque diligentia eo nomine Serenissimum Poloniæ regem amanter et literis et nuntiis compellarit. Videt autem non minus ipsum adhuc, quam sæpius antea factum est, ad nonnullos commissarios, ut cum quibus privatim contraxerit, remitti. Etsi vero quæritur non minimi momenti cum illis ipsis sibi quoque commissariis esse negotium; tamen productis documentis, instrumentisque nonnullis divi Sigismundi Augusti regis, ac nonnullorum regni senatorum sigillis, et manus subscriptione roboratis, Sacra Regia Majestas jam pridem liquido comprobavit, hanc summam, quam a Serenissimo Poloniæ rege postulat, ad manus commissariorum istorum nunquam pervenisse, sed immediate in eliberationem regiorum pignorum, nomine et jussis defuncti regis Krokasio cuidam, Dantiscano mercatori, numeratam et exsolutam esse, quam summam etiam statim directo defuncta Regia Majestas agnovit, ut suum proprium, indubitatum et liquidum debitum esse, et sub sigillo et manu sua palam professa est. Quia vero propter graviora forte negotia, hactenus privatæ hujus causæ non adeo exquisita cognitio suscipi potuit, Sacra Regia Majestas ei, tanquam consiliario et vasallo suo, pro eo, quo ipsum clementissime complectitur favore ac gratia, in tam justa, æqua, adeoque in multos jam annos ipsius incommodo rejecta causa, tandem deesse non potest. Postulat amanter a Serenissimo Poloniæ rege, ut jam aliquando serio clementissimam ipsius rationem suscipere, ac efficere velit, quo ipsius defuncti regis agnita, propria, indubitata, liquidata, ipsius sigillo ac manu professa, regnique thesaurariorum et senatorum quorundam annotatione approbata debita, et protensorum istorum commissariorum nomina habito discrimine, ipsi tandem post tot annorum molestissimam moram, sicuti par est, satisfiat. Quod ipsius Majestatem facturam, neque ipsius incommodis gravioribus occasionem probituram esse, S. Daniæ Regia Majestas sibi certo pollicetur.

Fridericus Rex

CLV.

Instructio Sacræ Regiæ Majestatis data die 7 septembris, anno Domini 1583, Illustrissimo et Reverendissimo Domino Andreæ Bathori de Somlio, ejusdem Sacræ Regiæ Majestatis fratris filio, et præposito Miechoviensi, in Urbem ad summum pontificem proficiscenti.

go 118 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Fratris mei filius ita iter instituet, ut primo per Moraviam Olom~~uucium~~ucium, inde per Bavariæ ducis ditionem, comitatumque Tyrolensem, ab eo Veronensem, Brixensem, Bergamotensem, Mediolanensem, Parmensemque agrum Bononiam, hinc ad Urbem proficiscatur. Ex itinere quia episcopus Olomucensis Olomucium eum ad se invitat, illum conveniat, nostrisque illi verbis salutem dicet. Pari modo ducem Bavariæ, archiducem Ferdinandum, ducem Parmensem, in suis singulis ditionibus, cardinalem Casium, summique pontificis legatum Bononiæ, ibidemque Gabrielem Palacottam cardinalem nostro nomine salutabit, benevolentiamque ac singularem erga eos propensionem nostram, nostris ei verbis deferet. Ubique autem id ante omnia operam dabit, ut quum omnibus rebus gravitatem, modestiam ac pietatem, cumprimis erga Deum resque divinas ostenderit, nominis nostri atque familiæ suæ dignitati non modo respondeat, verum ad ejus laudem, apud exteros homines amplificandam, quam maximam ~~e suis majoribus~~ accessionem adjiciat.

In Urbem quum venerit, Sanctissimum Dominum Nostrum in hanc sententiam salutabit. Sanctissime ac beatissime Pater, Domine clementissime. Serenissimus Stephanus rex Poloniæ, patruus et Dominus meus clementissimus, ut nihil unquam ecclesiastica dignitate, atque Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate antiquius habuit, libenterque quibuscunque potuit rebus singulare suum erga S. Sedem Apostolicam, atque Sanctitatem Vestram studium et observantiam est testificatus: ita hoc etiam tempore omnino faciendum sibi existimavit, ut suam in religionem catholicam, atque Sanctitatem Vestram pietatem, per me quoque iterum Sanctitati Vestræ declararet. Nam quum ab initio suscepti contra Moschum belli non modo pro recuperandis provinciis, per temporum atque hostium injuriam a regno alienatis, id se suscipere, sed ita etiam gesturum professus esset, ut cum imperio religio quoque catholica atque S. Sedis Apostolicæ auctoritas proferretur; quum jam feliciter Dei benignitate confecto bello, maximam florentissimamque olim provinciam imperio adjecerit, suæ in religionem catholicam atque Deum pietatis esse libenter agnoscit illi, a cujus nomine tantam tamque claram victoriam tributam sibi minime dubitare, eidem etiam ... omni in Ecclesiam, vicariumque ejus studii atque observantiæ significatione, acceptam eam referre. Quare etsi a principio jam, postquam ad regiam dignitatem a Deo Opt. Max. evectus fuisset, in primo quasi limine regni sui, nihil prius suscipiendum sibi judicavit, quam [ut] universi regni, communiumque ditionum suarum nomine obedientiam S. Sedi Apostolicæ, atque Sanctitati Vestræ præstaret, suam etiam summam observantiam studiumque ei deferret; tamen quum eximio, atque singulari plane Dei

Opt. Max. beneficio, ea ad reliquas ditiones ejus bello hoc accessio facta sit, Livoniaque provincia recuperata, ejus quoque nomine per me nunc Sanctitati Vestræ atque S. Sedi Apostolicæ obedientiam profiteri voluit. Cujus rei quamvis intelligat se habere causas, quas ante ostendit, perpetuum suum erga religionem catholicam, atque Sanctam Ecclesiam Romanam studium; eo justius tamen se id facere judicavit, quod summorum pontificum acerrimo indefessoque studio primum et religionem catholicam in provinciam eam illatam, et gentem ab omni veri cognitione remotissimam, ad christiani nominis cultum primo traductam sciat. Itaque quum in maxima temporum varietate postea et erga Ecclesiam observantiam, cum eaque pietatem, ac humanitatem adeo fere omnem excussisset, et in eas pervenisset calamitates, ut omnibus non modo ornamentis, sed libertate quoque ipsa spoliata esset....., ac hoc potissimum in loco, tanquam clarissimo totius orbis theatro, recuperatio etiam ejus gravissime et voce et mente prædicaretur; quare et nunc obedientiam ejus nomine summo cum veneratione cultu Sanctitati Vestræ suis profiteri verbis me jussit, et quantum ab ejus majestate auctoritateque, ad restaurandam in ea provincia pietatem proficisci poterit, libenter omnem se daturum operam pollicetur, ut quum ecclesiis scholisque fundandis, tum fovendis hominibus piis efficiat, ut non modo libertati, atque regno Poloniæ, sed Christo ipsi religionique catholicæ provinciam eam restitutam appareat. Quod reliquum est, ut pro sua quoque parte, quum studium id ejus benigne Sanctitas Vestra acciperet, tum qua reliquas christiani orbis regnique ejus provincias paterna clementia atque benignitate Sanctitas Vestra prosequitur, eandem hanc quoque provinciam Livoniam tuendam suscipere, curaque sua protegere velit, supplicibus verbis a Sanctitate Vestra petit.

Per occasionem deinde quum denuo conveniendi Sanctitatem ejus potestatem nactus fuerit, ostendet Sanctitati ejus, accepisse nos eadem a divo Stephano, Ungariæ rege, S. Stephani Rotundi nomine, olim in Hungaria nationis usus una cum collegio conditam, per superiorum forte temporum gentis nostræ negligentiam, Germanicæ nationi nunc attributam. Quum autem Nos nunc eam rem ad curam nostram revocemus, pro singulari vero, atque paterna Sanctitati ejus erga Nos clementia, ita nationem Germanicam (cui gratificandi multas alias rationes habere Sanctitatem ejus minime dubitamus), beneficio affectam velle Sanctitatem ejus Nobis persuadeamus, at sine nostræ gentis injuria id fiat, ut in pristinam causam ea restituantur, inque ade collegioque eo ejusdem ordinis Hungaricæ nationis religiosi, qui minime defuturi sunt, collocentur; etiam atque etiam a Sanctitate ejus petit. Quia etiam superiori anno Jacobum de Lino, equitem nobilem Bononiensem, a primariis quibusdam regni nostri hominibus diligenter Nobis commendatum, Sanctitati ejus literis nostris commendavimus, utque hominem præclare erga gentem Polonicam animatum, optimeque de subditis nostris quibusdam meritum, quadragintaviratu, qui primus Bononiæ vacaturus esset, ornare vellet, a Sanctitate petiimus. Si forte ipsius gratia, atque opera is equerit, auctoritatem nostram apud Sanctitatem ejus, ac ubi opus erit, interponet, utque beneficio eo nostra quoque causa afficere illum Sanctitas ejus velit, coram etiam diligenter ab eadem petet.

Si quid aliud inciderit, de eo per literas a Nobis admonebitur. Perpetuum autem id observare eum volumus, ut, quum ibi in luce hominum, ac tanquam in theatro orbis terrarum, ubi nullum factum obscurum esse possit, versaturus sit, summam in moribus, atque omni vita gravitatem, constantem pietatem servet, quid nomini familiæ nostræ, quid vitæ ejus instituto, quid dignitati conveniat, diligenter cogitet, omniaque, quæ vel levis animi significationem habeant, vel aliena a vitæ ejus genere, aut infra dignitatem ejus, ac nostram potius posita sint, quam longissime a se segreget; maxime quos in consuetudinem suam admittat, diligenter consideret, nullosque omnino nisi quos gravitatis, pietatis, integritatis, aut excellentioris doctrinæ laude commendatos comperit, in familiaritatem recipiat, omni cura caveat; de iis autem ex Rescii sententia statuat, cujus quum in aliis rebus omnibus judicium eum sequi, tum maxime in judicio de iis, quos consuetudini suæ adhibere debeat, ~~faciendo~~, ex ejus arbitratu potissimum pendere volumus. Eadem juventutis quoque, quam ei adjunximus, cura erit, ut, quum illa omnia, quæ a suo suaque familiæ laudis, ac dignitatis studio præstari debent, præstiterit, ea quoque quum morum gravitate, atque modestia, tum pietate, omnibus in rebus ita ei respondeat, itaque se gerat, ut et publice gentis Polonicæ dignitatem apud exteros, et privatim decus quoque suæ familiæ tueatur; itaque diligenter in singulos ipse cumprimis Rescius intentus erit, ac si unus forte a via aberrarit, ne ad alios malum id serpat, omni studio curaque providebit, in quam causam a consortio etiam eos segregandi, domumque, si ipsi videbitur, remittendi, cujus error alia ratione corrigi non possit, potestatem ei tribuimus. Jam vero ita rebus omnibus se comparabit, ut intra annum vertentem redire ad Nos possit. Quæ omnia, sic ut gratia benevolentiaque nostra dignum eum existimemus, studio omni ac diligentia fratris nostri filius observabit.

CLV.

Litera Regiæ Majestatis fidei Illustrissimo Domino Andreæ Bathori ad summum pontificem datæ.

90 127 i inna redakcja 90 119 90 119 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Post oscula pedum etc. Mittendum in Urbem ad Sanctitatem Vestram duxi Illustrem et Reverendissimum Dominum Andream Bathori de Somlio, Illustrissimi olim Andreæ fratris mei filium, præpositumque Miechoviensem, quum ut meam erga Sanctitatem Vestram, atque S. Sedem Apostolicam observantiam meis ei verbis testaretur, tum aliis quibusdam de rebus ad Sanctitatem Vestram referret. Ei ut in iis rebus, de quibus nostro nomine Sanctitati Vestræ significabit, fidem Sanctitas Vestra habeat, eumque clementia ac benignitate sua prosequatur, Sanctitati Vestræ supplico. Commendo me etc. Cracoviæ, 8 septembris, anno 1583.

CLVI.

Ad cardinalem Borromæum.

90 126 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime ac Reverendissime in Christo Pater, amice noster charissime. Quum mittamus nunc in Urbem ad Sanctissimum Dominum Nostrum Illustrissimum principem, Andream Bathori, Illustris quondam Andreæ fratris nostri filium, et præpositum Miechoviensem, propter præclarum non modo nostrum, verum totius christiani orbis de Pater-

nitate. Vestra judicium, ut ad eam diverteret ex itinere, cumprimis ei mandavimus, non modo ut eximiæ ejus sanctitatis et pietatis, quam clarissima omnium voce passim prædicare audimus, spectator esset, verum sanctissima etiam ejus vita ac præceptis, ad pietatis virtutisque studium, hac potissimum ætate, confirmaretur. Id ut nostra etiam causa eo diligentius Paternitatem Vestram, pro singulari sua humanitate atque benevolentia in Nos, facturam minime dubitamus: ita amplissimum fructum peregrinationis hujus cepisse eum arbitrabimur, si virtutis, ac sanctitatis Paternitatis Vestræ contemplatione, tener animus ejus inflammatus, ita eam arripuerit, ut non modo, quod faciunt omnes, admiratus eam fuerit, verum ad imitationem etiam ejus totum se composuerit. Quod si quid a nostra in Paternitatem Vestram benevolentia, de qua hunc fratris nostri filium prolixe ei polliceri jussimus, proficisci possit, intelliget nihil ea promptius paratiusque se habere. Quam bene valere cupimus. Cracoviæ, die 7 septembris, anno 1583.

CLVII.

Litera Stephani, regis Poloniæ, ad cardinalem Joannem Hieronymum Albanum.

Teka Naruszewicza 96. Ex cod. mscr. collegii Romani (1).

CLVIII.

Ad episcopum Cracoviensem.

90, 129 Ex mss. bibl. Załuski, 255.

Reverende sincere dilecte. Maxima plurimaque, quod minime Sinceritas Vestra ignorat, Reverendus Pater Possevinus officia Nobis præstat, non nostra modo, verum etiam publica, cum universi regni utilitate conjuncta. Qui dum in hoc bene de Nobis regnoque nostro merendi studio operam ponit, ne, dum Nos illum in nostris negotiis a diligentiori societatis cura avocamus, nihil etiam ipsi societati commodi ornamentique attulisse videretur, nostro aliquo beneficio societatem afficere, domumque quemdam conferre ei constituveramus. Sed quum hactenus diva Barbara ædem et perangustam, et incommodam habuissent, nec interim de alia iis prospiciendæ facultatem, vel qua alia occasione, vel præsentes thesauri nostri rationes aliquando angustiores Nobis subministrarent, commoda domus, quæ ad plebaniam divi Stephani pertinet, sese obtulit. Quæ quum non aliena ab instituto hoc Nobis videatur, agendum cum Sinceritate Vestra existimamus, ut ea auctore plebanus societati eam donaret, ea nimirum lege, ut quidem et Vilna, plebani officio nihilominus manente integro, sacramentaque illo administrante, societas usum atque habitationem quum templi, tum domus haberet. Quo officio quum et de summo pontifice suum benemerendi studium Since-

---

CLVII.

(1) List ten polecający także Andrzeja Batorego, jest w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. I, p. 450. Oprócz dwóch powyższych, miał jeszcze Andrzej Batory listy do wszystkich kardynałów w Rzymie mieszkających, do generała Jezuitów, do Ursina Mureta, do Wirgiliusza Krescencyusza, patrycyusza Rzymskiego, do margrabiego Scypiona Gonzagi, i do innych osób. Kopie tych listów bardzo podobnej treści znajdują się w Mss bibl. Jagiel. N Inw. 1149. fol 7- 120, 121, 122, 123 124 125 Teka

ritas Vestra declaratura sit, templumque id magis illustratura, ut quamprimum ad id auctoritatem suam accommodet, eam hortamur. Qua donatione a plebano facta, Sinceritatis Vestra, tanquam loci ordinarii, auctoritate, ade ea adjuncta, Nos quoque nostram ad eam confirmationem quamprimum adjiciemus. Sinceritas Vestra bene valeat. Cracovia, die 12 septembris, anno 1583.

CLIX.

Ultima resolutio Sacra Regia Majestatis in negotio Latmariensi et Nemetensi, Reverendissimo Domino Antonio Possevino concredita, Cracovia die 12 septembris, 1583.

go 130 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Si reliqua omnia convenerint, concludanturque ita, ut Nagibania cum caeteris oppidis et villis, quas Casarea Majestas per commissarios obtulit, ad manus nostras tradantur, si tum dubitatio adhuc aliqua apud commissarios Casarea Majestatis reliqua fuerit, quae res amplius differretur, factura esset, poterit R. Pater Antonius Possevinus Magnificum Martinum Berevicaum nostro nomine adducere, ut conditiones commissariorum Casarea Majestatis, Nagibaniaque, et caeterorum interim accipiat possessionem, ita ut de aliis, quae in controversia adhuc sunt, spondeant, loco aliarum quarundam villarum, quas petimus, alias Nobis datum iri, quum ea, quas petimus, dari non possint, eaque in re neutri parti suspecti arbitri judicium futurum. Quod quum factum fuerit de Nagibania nunquam omnino Nos ea moturos, ... Possevinus confirmare poterit.

De pactorum etiam [confirmatione] inter utriusque nostrorum regna, tam Casarea Majestatis, quam nostrum, eadem ratione polliceri poterit, nihil Nobis gratius futurum, quam ut primo quoque tempore ea fiat, firmissimaque amicitia inter Nos et Casaream Majestatem, quae et universa Reipublica christiana, et utriusque ditionibus salutaris sit, constituatur: sperarare autem Nos hujusmodi conditiones a Casarea Majestate propositum iri, quae et utriusque ditionibus salutares, et earundem juribus et legibus, tum temporibus ipsis sint convenientes. Nihil vero omnino, nisi sincerissime et ingenue, ut in omnibus, ita hac quoque in re actum a Nobis iri, ac quam primum a Casarea Majestate locus et commissarii cum plena facultate assignati fuerint, statim Nos etiam eodem nostros cum pari potestate missuros.

CLX.

Stephanus rex Polonia ad electorem Saxonia.

go 131 Ex mss. bibl. Zaluski, 255

Illustrissime princeps, amice noster charissime. Gratissima Nobis Illustritatis Vestra litera, vel benevolentia ejus erga Nos significatione tam eximia, vel praclaro publica utilitatis, atque inter christianos principes benevolentia constituenda studio, quod ex eis perspeximus, singulariter fuerunt. Quod etsi apud Nos quoque tantum valuit, quantum apud eum principem valere debeat, qui nihil christiani nominis

dignitate atque salute antiquius unquam habuerit, et sola inter principes christianos concordia atque consensione contineri eas intelligeret; quum tamen ad eam voluntatem nostram Illustritatis quoque Vestra auctoritas accedat, ad quam ultro certa animi inductione ferebamur, ea propter nostrum in Illustritatem Vestram amorem, mutuamque ejus in Nos benevolentiam, eo magis etiam Nobis amplectendam facile intelleximus.

Pergratum sane Nobis etiam accidit, quod, quum Reverendum Patrem Posse-vinum communia, tam Cæsaree Majestatis, quam nostra negotia, publicaque utriusque ditionum utilitas, hisce in locis nonnihil adhuc retineant, moram hanc ejus optimam in partem Illustritatem Vestram accipere perspiciamus. Cujus viri quum in procuranda pace communi diligentiam, fidem prudentiamque singularem, et studium erga utramque partem, tam Cæsaree Majestatis, quam nostram experiamur, ut, quo facilius institutum negotium explicaretur, Cassoviam ipse se conferret, utrique nostrum visum fuit. Eo confecto, quum Saxoniam versus profectus sit, etsi eum, quem vel virtus ejus, atque pietas singularis, vel communis inter principes concordiæ conciliandæ ardor, atque insigni cum fructu hactenus susceptum institutum, vel denique ejus erga Illustritatem Vestram observantia, quam coram ipsa rectius perspiciet, per se ipsa satis Illustritati Vestræ commendatura sint, minus nostro testimonio egere existimemus: ut autem in eo amplectendo, a sua etiam in Nos benevolentia, quantum potest maximum cumulum Illustritas Vestra adjiciat, ac si quid vel de nostra in Illustritatem Vestram voluntate, vel aliis rebus, quæ hactenus a Nobis suscepta sunt, et adhuc suscipiantur, id unum spectantibus, ut ad sublevandas afflictas christianorum res, omnes principes communi opera, consilia studiaque sua cuncta conferant, aut coram, aut per literas Illustritati Vestræ confirmarit, plenam omnibus iis in rebus fidem illi adhibeat, fidenterque de illis cum eo communicet, amanter ab Illustritate Vestra postulamus. Quam optime valere cupimus. Cracovia, die 12 septembris, anno Domini 1583.

CLXI.

Litere Sacre Regie Majestatis ad papam Gregorium XIII, pro continuanda canonisatione Beati Hyacinthi ordinis predicatorum.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissimi superioris ~~status~~ etatis Polonie reges, una cum Reverendis episcopis, sepius jam Apostolice Sedi commendarunt suis literis Beatum Hyacinthum, sacri predicatorum ordinis virum singularis sanctimonie, atque admirabili prestantia maximarum virtutum. Adjunxerunt et illam petitionem, ut ejusdem Apostolice Sedis auctoritate inter sanctos apotheosi catholica referretur: equitati petitionis quedam concessa sunt, ut est sacrum misse sacrificium, oratione de uno confessore inserta, alia vero, utpote consecratio et canonisatio ipsa hominis admirandis virtutibus clarissimi, sunt ad tempus opportunius, commodiusque dilata. Interea vero quum ejusdem integerrimi viri, qui idem comes Sancte Dominice, idem discipulus fuit, continuo sanctitas floresceat, et libris auctoritate publica conscriptis mirifice pii hominibus apud Deum suffragari, varioque elucere miraculorum genere probetur: justa et pia religiosorum patrum Sancti Dominici familie, videlicet prioris provincialis regni mei, totiusque conventus Sanctissime Trinitatis Cracoviensis petitione adductus, hoc ipsum vetus et inchoatum negotium Beati Hyacinthi canonisandi, Beatissime Pater, Sanctitati Vestre commendo, simulque ab ea peto, ut rebus omnibus, que huc attinent, animadversis, testimoniisque cognitis, tandem id de tali, tantoque viro declaret, quod divini numinis laudi, quod pietati christiane, quod catholice Ecclesie incremento judicaverit consentaneum maxime futurum. Sanctitatem Vestram in Ecclesia Christi administranda diu prospere valere cupio. Datum Cracovie, die 14 septembris, anno Domini 1583, regni nostri anno octavo.

CLXII.

Pater Possevinus ad Dominum cancellarium.

90 132 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Non poteram omnia isthic perlegere, quæ mihi ex Svecia perscribebantur, feci in itinere, caput autem quarundam literarum mitto Illustrissimæ Dominationi Vestræ, præter eas, quas Illustris illius regni cancellarius, regis affinis, mihi miserat, quarum exemplum misi per Reverendissimum Dominum legatum ad Illustrissimam Dominationem Vestram. Quid ego ei responderim, quidve nunc respondeam secretario regis Sveciæ, erit integrum perlegere. Omnino videtur mihi, ut Sveciæ rex repetit, quæ dudum petierat, posse accidere, ut tractatio instituatur utriusque rei, et Narvæ, et repetitarum pecuniarum, ideo nunc cum Cæsare fit. Id vero expedire, ut cordate, uti solet Illustrissima Dominatio Vestra, literas mihi scribat, quas in Sveciam mittere possim per hominem certum, quem illuc Cassovia reditus allegabo. Quum vero per commissarios tota illa res transigenda fuerit, non despero faciliora omnia futura, quam si cum illo rege ageretur, et Stetinensis compositionis recordetur Illustrissima Dominatio Vestra, quæ inter eum regem ac Danum tamen secuta est, et perdurat. Porro literæ Illustrissimæ Dominationis Vestræ ad me scriptæ, isthic apud Reverendissimum Dominum legatum, sive apud P. Thomam Salcium, qui est apud S. Stephanum, relinquantur. Commendo res nostras diligenter, et ego diligentissime agam res vestras. Omnia faustissima precor. Ex Cassovia, die decima septima septembris, perendie futurus ad prandium, Deo dante, Cassoviæ, vel sequenti die. Interim equitamus, et navigamus: omnia rogo, ut annuntiet regi meo Serenissimo. Anno 1583.

CLXIII.

Ad Patrem Possevinum Dominus cancellarius.

90 136 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Literas Dominationis Vestræ Reverendissimæ, quibus de Latmariensi negotio ad me scribit, quum eo tempore redditæ mihi essent, quo Regia Majestas profecta jam hinc erat, quod solum tum facere potui, cum meis ad Regiam Majestatem misi. Quum autem existimem me, et primo quoque tempore, responsum a Regia Majestate habiturum, et deinde eam Lublini assecuturum, utrumque libenter faciam, ut, quicquid ab illa responsi accepero, quamprimum Dominationi Vestræ significem, et, si quo alio dicto aut facto adhuc opus erit, diligenter præstem. Literæ ad Reverendissimum Dominum Cujaviensem et Plocensem Reverendissimo Domino nuntio traditæ sunt. Adjunxi ad eas, quæ a Regia Majestate ad Dominum episcopum Cujaviensem erant, alias etiam meas copiosissime; ac eo omnino argumento, quo Reverendissimæ Dominationi Vestræ, scriptas, misi exaratas, quas et ipsas nonnullius momenti fore mihi persuadeo. Quumque priusquam ex hisce locis discedam, ex nobilibus etiam meis aliquem, qui eam nomine meo invisat..... ad eam missurus sim, per eundem etiam coram de ea re monere eam non prætermittam.

Cancellarii et secretarii regni Svecia literas etiam Regia Majestati ostendi: mirari eam sane sentio, inter gravissimas offensiones, levìorum rerum a bonis illis viris mentionem fieri. Quamvis autem injuria, in intervertendis a tergo arcibus Livonicis, postquam de obsidenda Plescovia consilium suum Regia Majestas aperuisset, et dum ea ipsa obsidione Plescoviana, ac ad eas deserendas arces cogendo hoste Regia Majestas occupatur, ita insignis sit, ut et notissima omnibus sit, et gravissime Majestatem Regiam laserit, qua in Regiam Majestatem et nomen Polonicum invectus est, majorisque existimationis, quam fortunarum, quamvis ne ea quidem negligenda sint, inter principes cura haberi, et soleat, et debeat, rectius ille bonus rex faceret, si de eo potius, quo Regia Majestati de tanta injuria satisfaceret, cogitaret.

Scripsit ad me Illustris Dominus Radzivilius, marschalcus Lithuania, affinis meus, nova quadam [non aliena a re], si saperent, ac temporibus uti vellent christiani [principes], maxime vero minus prospero successu bellum a Turcis geri, angique eos vehementer longinquitate tam diuturni belli, idque passim detrectari multos, ac in his Bassas etiam nonnullos vi ad id cogi, ex quibus quum Tripolitanus Bassa ipse etiam id subterfugeret, uxorem ejus, Cæsaris sororem, ipsam, ut virum deprecaretur, Constantinopolim ivisse, infecta autem re remissam, Bassamque quamvis invitum ad bellum compulsum (1). Dominationem Vestram Reverendissimam etc.

Cracovia, 27 septembris 1583.

CLXIII (1) Wojna z Persami, zaczęta roku 1578, nie dość pomyślnie szła dla Turków. Po Mustafie, który twierdzę Kars (1579) założył, objął dowództwo Sinan Basza, który lubo w ciągu tej wojny na godność wielkiego wezyra wyniesiony został, nic w niej jednak nie dokazał. Za jego dowództwa Turcy pobici roku 1582 na równinach Gori przez Szymona Luarsaba, jednego z byłych panów Georgii, stracili kilka tysięcy wozów idących z żywnością dla zgłodniałej w Tiflis załogi. Za złe prowadzenie tej wojny Sinan Basza 5 grudnia tegoż roku z wielkiego wezyrostwa złożony. Ferhad Basza, były beglerbeg Rumelii, mianowany wodzem wojsk Tureckich przez jego następcę Siawusza, wzmocnił (1583) zdobyty Eriwan i kilka innych twierdz, przez co utrudnił Persom odzyskanie zawojowanej Georgii. Tymczasem Osman Basza, wyparty na początku wojny z Szirwanu, dzielnie się bronił przeciw Persom w niezdobytych wąwozach Derbendu nad morzem kaspijskiem. Jemu na posiłek wyprawiono świeże wojsko z Konstantynopola, które zgromadziło się w Kaffie, zkąd przebywszy Kuban, kraj Czerkiesów, Kabardyńców, stepy Tatarów Astrachańskich, rzekę Terek wpadającą do morza kaspijskiego, dnia ośmdziesiątego po wyjściu z Kaffy złączyło się z Osmanem pod Derbendem. Przednia straż tego wojska pod wodzą sandziaka Silistryi, poniosła wprawdzie znaczną klęskę od Persów pod sprawą Imankulikana, który na nię napadł w 50,000 pod Niasabad 25 kwietnia 1583. Ale Osman Basza powetował tę stratę 9 maja na równinach Derbendu w tak zaciętej bitwie, że gdy noc zapadła, zapalono z obu stron pochodnie, i wycinano się przy ich świetle, zkąd bitwą pochodni nazwana. Zginęło w niej 7000 Persów, 3000 dostało się do niewoli, reszta poszła w rozsypkę. Osman dotarł aż do Baku, obwarował Szamachią, i urządziwszy kraj podbity, odesłał posiłkowe wojsko, które rozbiwszy czatującą Moskwę nad Sunez, przez Temruk i Kerez na leże zimowe do Kaffy wróciło. Za te czyny, tudzież za wypędzenie nieposłusznego Mohameda Giraja z Krymu, Osman

Basza po złożonym z wielkiego wezyrostwa Siawuszu, na tę godność 28 lipca 1584 wyniesiony został. Po zdobyciu w roku następnym miasta Tebriz przez tegoż Osmana, rozciągnęła się wojna w dalszych latach na południe w okolice Bagdadu, i trwała z różnem z obu stron szczęściem aż do roku 1589, kiedy Szach Perski Abbas, zatrwożony postępem oręża Tatarów Uzbeków, którzy na wschodzie jego państwa Herat zdobyli, i ludność Perską okrutnie wycinali, prosił sułtana o pokój. Traktat zawarty został 21 marca 1590, mocą którego Turcy zatrzymali wszystkie swoje zdobycze, to jest Georgią, Szirwan, Dagistan, Tebriz z częścią prowincyi Azerbeidżan, Gendże, Karabagh, Loristan i Szerzol czyli Kurdistan. Hammer, Geschichte des Osmanischen Reiches, roz. 38. Zinkeisen, Geschichte des Osmanischen Reiches in Europa, t. III. p. 572–579.

Ale nabyta ziemia nie nagrodziła ogromnej straty ludzi, którą w roku 1586 na 600,000 liczono, a która w następnych trzech latach do miliona dojść mogła. Dla zapełnienia szeregów wojska Tureckiego w Azyi wojującego, które głód, pomorek, oręż Perski corocznie przerzedzał, pędzono gwałtem ludzi z Grecyi, Morei, Albanii, Dalmacyi, nawet z Węgier. „Ha il Turco in questa guerra di Persia perdute sei centomila persone.... Sono venuti ciaus dalla Porta con comandamento di mandare al campo li soldati della Vallona, della Giannina, della Morea, di Dalmazia e d'Ungheria, segno manifesto di singolare mancamento di uomini, non ostante que lo Stato turchesco sia tanto ampio e così obediente." Maffeo Venier, Relazione (1586) p. 297. u Zinkeisena.

Że ta długa wojna i baszom się sprzykrzyła, jest rzeczą niezawodną. Pewna tedy mogła być wiadomość przez marszałka Mikołaja Radziwiłła kanclerzowi Krzysztofa udzielona, o baszy Trypolitańskim uchylającym się od służby wojskowej, i o żonie, która dla wyproszenia go od niej do Konstantynopola z Palestyny zapewne pojechała.

CLXIV.

Status Terrarum Prussiæ, in conventu Graudentensi congregati, rogant Regiam Majestatem, dignetur in locum defuncti Joannis Drialyński, constituere palatinum Culmensem aliquem ex indigenis harum Terrarum.

90:138 Teka Narusz. 96. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 65.

Serenissime potentissimeque Rex et Domine, Domine clementissime.

Serenissimæ Majestati Vestræ Regiæ paratissima subjectionis et fidei nostræ studia humillime deferimus, eidemque omnia gloriosissimæ gubernationis incrementa ex animo precamur. Serenissime Rex et clementissime Domine. Acceptis Sacræ Majestatis Vestræ Regiæ literis, de agendo conventu publico et celebrandis judiciis hoc in loco, quo potuimus numero, convenimus et mandatum Majestatis Vestræ Regiæ pro fidei et subjectionis nostræ debito executi sumus: quod quidem etiam, non monente aut mandante Majestate Vestra Regia, pro amore in patriam et communes libertates per nos fecissemus, nisi absentibus non paucis, quidam etiam fatis antehac concessissent. Sacræ enim Majestati Vestræ Regiæ non incognitum esse existimamus, exemptum esse e rebus humanis collegam quondam nostrum exoptatissimum, Magnificum Joannem a Drialin, Culmensem palatinum et Bratianensem capitaneum, in ejus vero locum neminem hactenus substitutum, quæ res facit, ut non tantum ea, quæ ad palatini officium, sed ad judiciorum etiam ordinem, tam in judicio terrestri, quam apud harum Terrarum consiliarios rite conservandum pertinent, aliquo modo perturbentur, et ii qui in persolvendis contributionibus tardiores sunt, et officio suo ultro et sua sponte non funguntur, ad faciendum officium commode adigi non possint. Quod quum non tantum cum harum Terrarum, sed ipsius etiam Majestatis Vestræ Regiæ incommodo conjunctum sit, majorem in modum rogamus, dignetur Sacra Majestas Vestra Regia palatinum ex harum Terrarum indigenis, ex præscripto privilegii communis, et hactenus observata consuetudine, in demortui locum clementissime constituere, ut ita rebus et harum Terrarum, et ipsius Majestatis Vestræ Regiæ recte consuli possit (1). Quare, quæ alioquin libertatibus Prussicis conveniens, et cum totius Reipublicæ commodo conjuncta erit, Regia Majestas Vestra suæ clementiæ et æquabilitatis laudem apud omnes harum Terrarum subditos faciet celeberrimam, et nos ad omnia fidelitatis et subjectionis obsequia humillime præstanda longe reddet devinctissimos. Quam Deo immortali diutissime sospitem, bona valetudine perfruentem, omnique regia fortuna florentissimam, et nos ejus clementiæ votis omnibus submisse commendamus. Datum Graudentii in conventu generali, die ultima septembris, anno Domini 1583.

CLXIV (1) Król na miejsce zmarłego w tym roku, a nie 1585, jak mylnie napisał Niesiecki, Jana Drialyńskiego, mianował syna jego Mikołaja wojewodą Chełmińskim.

CLXV.

Stephanus rex Poloniæ, Georgio Friderico duci in Prussia.

90 137 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris princeps et affinis noster charissime. Supplicibus precibus apud Nos continuo institit Fridericus Aulach, Illustritatis Vestræ subditus, ut in ea ipsius causa, in qua quum nihil ille, quod vel contra fidem Illustritati Vestræ debitam, vel aliquo cum scelere, aut perfidia sua conjunctum, aut denique non publico jure sibi liceret, susceptum a se sociisve esset, nihilominus tamen maximam Illustritatis Vestræ indignationem incurrisset, nostram tandem auctoritatem interponeremus. Nos quum de humanitate Illustritatis Vestræ minime dubitandum Nobis arbitraremur, hasce saltem ad Illustritatem Vestram literas dare ei voluimus, quibus postulamus, ut si esset quid ab ipso in Illustritatem Vestram offensionis profectum, totum tamen id suæ erga subditos benignitati, et nostræ huic intercessioni potius condonaret, quam summo jure erga illos uteretur, quos, si quid esset ab iis peccatum, nullas tamen nunc honestas, et convenientes fidelibus subditis rationes Illustritati Vestræ satisfaciendi deinceps prætermissuros, omnino Nobis persuademus. Nam siquidem ab illis prætendi intelligimus, publica saltim causa, ac jure publico acta [ea fuisse; siquis ea re] abusus est, ne monenda quidem Illustritas Vestra, [quam quum juris æquitatisque ipsius], tum subditorum etiam suorum privilegiorum observantissimam esse, deincepsque futuram, nihilque contra quemquam indicta causa suscepturam, minime dubitamus, Nobis videtur, ne id cuiquam fraudi esse apud se pateretur, quod quisque jure permittente facere se arbitratus esset. Nunc vero quum, si qua in re Illustritatem Vestram secus ac oportuit, offenderint, iidem etiam nostra auctoritate adducti, animum ab errore studiose correcturi sint, omniaque, quæ fidelium subditorum sint, libenter facturi. Etsi Illustritatem Vestram eam clementiæ suæ rationem, quam animi ejus magnitudo et prudentia postulat, vel ultro habituram libenter Nobis persuademus; ut tamen etiam nostra causa eo libentius id faciat, gratiamque suam tanto iis uberius aperiat, Nos etiam [atque etiam] ab Illustritate Vestra postulamus. Quod ut ad Illustritatis Vestræ laudem illustrandam plurimum pertinebit, ita Nobis quoque, qui quam minima controversia molestiarum harum difficultates hasce tolli volumus, gratissimum erit. Illustritatem Vestram quam optime valere cupimus. Cracoviæ ... mensis septembris, anno Domini 1583.

CLXVI.

Pater Possevinus ad Dominum cancellarium.

90 139 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime Domine. Binis Vestræ Illustrissimæ Dominationis literis, quæ superioris mensis diebus 27 et 28 fuerant datæ, non rescripsi statim, quod eramus et sumus in expectatione responsi cæsarei ad ea, quæ novissime per suos tabellarios ejus Sacræ Cæsareæ Majestati scripsimus, ac quum mihi mittendus esset Cracoviam unus ex nostris, eas me accepisse ab Illustrissima Dominatione Vestra literas omnino significandum duxi, et ita accepisse, ut quicquid scriptione ad Reverendissimum Dominum episcopum Cracoviensem, et uberioribus pollicitis officium et studium societati nostræ exhibuit [Sacra Regia Majestas], ipsamque æterno beneficio affecerit, ... spero autem ne-

gotium illud tanto prasidio jurium Reipublica, vero et religioni unicum sine dispendio, et sine tumultu remedium, sic futurum cordi Illustrissima Dominationi Vestra, ut, licet restaret aliquis nodus, is tamen pro ejus sapientia et auctoritate dissolvatur.

Quod ad Serenissimum Svecia regem attinet, verissima putantur, quae Illustrissima Dominatio Vestra addit..... Ut majora anteverterentur incommoda, nihil nocebit, si cum eo rege fiat [paxˉ], cui Danus offensus addere stimulos possit, Dano autem affines Germani principes.... et alia instillare, eo fortassis tempore, quo satius est, regnum esse expeditum, sive ad intestinos morbos sanandos, sive ad majora damna, si quae imminerent, avertenda. Ac quicquid horum sit, illud certe christianis regibus inprimis cogitandum est, ut aliquid Christi rebus suis immisceant, nempe ut oblivione injurias illatas interficiant, ac si quid minus sapit, non propterea populi plectantur, et sanguis fundatur. Alioquin et ethnici hoc faciunt, illud autem, si propter Christum fiet, certe non erit, ut theologi, quod quibusdam aliquando objectum est, habeamur; sed ut re ipsa Christus non erit malus compensator. (Christiani simus, quibus et re ipsa

Regem ego Serenissimum Svecia tractavi, qui si quo impetu natura fertur, hic illico desidet, et vere is certe sanguinarius non est. Quod si quid in Lisonico negotio, quibusdam rebus, quae sibi debebantur, tamdiu dilatis, obtenderit, peccatum sit, id curandum est, ut sanetur, non ut incurabilius fiat; sin denique aquas conditiones recusaverit, tanto majori prasidio Regia Majestatis causa nitetur, exitumque feliciorem inveniet. Ac si demum ad alia veniendum foret, Deus ipse causam melioribus adjudicabit. Ego interim agam pro more meo, libenterque in me ipsum, quicunque existimantur impetus esse illius regis, ac rationes Regia Majestatis, excipiam, dummodo pax in nomine Domini fiat, quam Dominatio Vestra Illustris, ut spero, non minus curabit senator, quam bellum administravit imperator exercitus.

Jam vero quod [de] Tripolitano [Bassa] ab Illustri Domino Radzivilio scripta, mihi de Turcicis rebus scripserit, summas gratias ago. Sed quae nos hic cognovimus, jam secus habent. Est Budae, qui ejusmodi res explorat, vir navus et prudens: is literas generali huic capitaneo dedit, quibus scribit Beglerbecum Graciae, Danubio trajecto, contendisse in Moldaviam, fortasse privaturum principatu Petrum, atque ob res a Cosacis attentatas, aliquid gravius moliturum. Per hosce autem dies in prasidiis, magnas tormentorum explosiones, et acclamationes fuisse Turcarum latantium filium Persae, Persicique exercitus imperatorem a Turcis captum, et Persicas copias trucidatas (1). Addidit tamen is, qui haec scribit, non putare se haec vera, sed id fieri, ut Moldavi et Valachi terrore concepto facilius in officio continerentur. Apud auctorem fides est, Apparatus sane Turcici in annum insequentem adversus christianos, nom minimi, neque falsi aliunde feruntur. Quare huic negotiationi serio incumbendum est, nam ut Transylvanis Turcas minari non obscure nobis inde

---

CLXVI (1) Nie był wzięty do niewoli, ani syn szacha, ani wódz wojska Perskiego. Turcy dawali z dział ognia po twierdzach Węgierskich, ciesząc się z odniesionego przez Osmana nad Persami 9 maja walnego zwycięztwa, w bitwie przy zapalonych pochodniach, o której wspomnia. To się w poprzedniej nocie.

significatur, licet hoc, quod sciam, neque hic rescitur, neque resciri velim, ne ii, qui vel timidiores habentur, vel cordatiores sunt, putarent negotii, quod agimus, exitum esse differendum, quod a Turca adversus se tanquam foederatos cum Serenissimo rege clades aliqua esset inferenda. Sed Deus hæc omnia facile servare potest, si boni æmulatores fuerimus.

Heri sole occumbente tabellarium certum [equis] citatis misi Viennam, ubi adhuc Cæsar sex vel octo dies erat substituturus. Literas, quas mihi Serenissimus rex Sandomiria scripsit 26 die superioris mensis, descriptas, mutatis aliquibus verbis, ut mitius acciperentur, eo misi, una cum iis rationibus, quas in adjuncto mearum ad Illustrissimum... literarum exemplo legere poterit. Hæc omnia prius cum Domino Berzevicio contuli, ut et reliqua facio omnia. Ea, obsecro Illustrissimam Dominationem Vestram, Serenissimo regi mittat quamprimum, aut si apud ejus Regiam Majestatem fuerit, ostendat una cum his literis. Neque respondeo ejus Regiæ Majestati, quod tandem aliquid solidi velim mittere, ubi Cæsar responderit. Sciat interim rex, me ea fide hæc agere, quam unam hactenus in me semper agnovit. Omnia felicissima precor Illustrissimæ Dominationi Vestræ. Cassoviæ, quinta octobris, anno 1583.

CLXVII.

Dux in Prussia ad Dominum cancellarium.

90 140 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris et Magnifice Domine, amice singulariter nobis dilecte. Illustrissimam Dominationem Vestram facile arbitramur [eorum non ignaram esse], quæ cum legatis nostris de difficili et periculosa controversia, [quæ] inter Sacram Regiam Majestatem, Dominum nostrum clementissimum, et Serenissimum Daniæ regem, de ducis Magni in Curonia relictis bonis, suborirentur videbatur, amice et sincere communicavi, et quæ nostra de amica inter tantos reges, affinitatis et vicinitatis jure sibi conjunctissimos, transactione instituenda sententia fuerit. Quapropter pro eo, quo erga utrumque regem studio et observantia ferimur, facere non potuimus, quin ad Serenissimum Daniæ regem per peculiarem hominem et primarium aulicum nostrum ea de re subito literas daremus, ejusque Serenitatem ab omni hostilitate ad legitimas vel juris, vel amicitiæ et æquabilis transactionis vias deflectere, et pro necessitudine nostra etiam atque etiam hortari studeremus. Qua in re qui nostri conatus, eorumque successus fuerint, ex literarum nostrarum, quas ad Daniæ regem dedimus, ejusque sententiis responsi, exemplis, quæ Sacræ Regiæ Majestati, una cum responsis etiam duorum electorum transmisimus, Illustritas Vestra non obscure intelliget. Quia vero in hac causa tantum profecisse nobis videmur, ut, utrinque armis et violentia depositis, sine ulteriori miserorum subditorum calamitate, et inani sanguinis profusione, vel per legitimæ cognitionis, vel amicæ transactionis remedia, hujus litis eventus salutaris expectari possit: Illustritatis quoque Vestræ partium erit, pro auctoritate sua efficere, ut quod Serenissimus rex Daniæ facere præcepit, ex partibus Sacræ Regiæ Majestatis ab omni violentia, cæde, incendiis, et graviorum offensionum causis milites arceantur, et de pacificatione constituenda cogitationes sus-

cipiantur. Imprimis vero Reverendissimus episcopus Vilnensis, et Illustris Curlandiæ dux admoneantur, ut cohortes suas, de quarum nimia violentia istius Curoniæ episcopatus subditi denuo apud Daniæ regem graviter conquesti sunt, a violentis irruptionibus revocent, et in officio contineant. Ad eam etiam [pacificationem] utrinque tentandam, in magna et viarum, et aëris, qui in iis partibus insalubrior est, incommoditate, ad Curoniæ ipsius fines, Grobinum ipsimet progressi sumus, et tam Sacræ Regiæ Majestatis militum præfectos, quam Curoniæ episcopatus homines ad tranquillitatis et pacis studia, quantum potuimus, cohortati sumus, eorumque responsa Sacræ Regiæ Majestati transmisimus. Ex quibus omnibus Illustritas quoque Vestra fidem, et publicæ tranquillitatis atque utilitatis studium nostrum facile perspiciet, et si quid ~~ad hanc~~ adhuc, quod publice prodesse possit, amplius conferre possimus, de eo Sacræ Regiæ Majestatis sententiam et mandata expectabimus. Non dubitamus Illustritatem Vestram, pro sua auctoritate et prudentia, omnes vires in id collaturam, ut, quantum fieri potest, horum potentissimorum regum societas et amicitia, cum totius regni incorporatarum provinciarum tranquillitate, ipsaque salute publica sarta tecta conserventur. Hæc Illustritatem Vestram scire voluimus, quam bene feliciterque vivere optamus. Data Regiomonti, 9 octobris, anno 1583.

CLXVIII.

Levinus a Bulau ad Dominum cancellarium.

go 141 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris et Magnifice Domine, patrone colendissime. Quanta fide et studio Illustrissimus princeps meus negotium illud Danicum tractarit, Illustrissima et Magnifica Dominatio Vestra ex iis, quæ ad Sacram Regiam Majestatem missa sunt, pro sua prudentia intelliget. Ego pro mea fide laborare non destiti, ut hæc res quam commodissime, ex dignitate et commodo Sacræ Regiæ Majestatis tractaretur. Quumque omnem hujus negotii conficiendi opportunitatem in eo versari intelligeremus, ut utrinque induciis ad tempus definitis, a vi et armis abstineretur, in ea re utrinque impetranda, nihil ab Illustrissimo principe prætermissum est, cujus nomine egomet ipse ad Piltenses in Curoniam profectus, ut pacifice ab omni vi et injuriis se continerent hortatus sum, id quod facere promiserunt, se tamen ad regem Daniæ ea de re scripturos esse..... Rane autem confido futurum, ut hæc controversia intercessione, ac amica compositione principum amicorum ita sopiatur, ut hoc cum bono publico, et Sacræ Regiæ Majestatis dignitate atque commodo futurum sit. Qua in re nulli labori atque operæ parcemus, et siquidem a me hoc nomine fieri potest, quod Regiæ Majestati et gratum et utile foret, obsequia et studia mea tam in hac, quam in quacunque alia causa semper gratissima constabunt.

Quis status sit belli Coloniensis Illustrissima et Magnifica Dominatio Vestra ex hisce adjuncta schedula, nuper inter alia ad me perscripta, aliquo modo intelliget; metuendum autem, nisi gliscens hæc flamma tempestive restringuatur, calamitosum inde oriturum incendium. Quod reliquum est, Illustri et Magnificæ Dominationi Vestræ servitia mea in omni officiorum genere paratissima defero, eamque Deo propotenti

incolumem florentemque conservandam commendo. Data Regiomonti, decima octobris, anno 1583.

CLXIX.

Ad ducem in Prussia a Regia Majestate.

90 142

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris princeps, amice noster charissime. Quod sape ostendimus, gratissimum Illustritatis Vestra erga Nos studium in danda pecunia mutua, ac deinceps ejusdem [solutione] proferenda presertim Nobis accidisse: idem quum nunc etiam faciendum existimaremus, ut pro eo Illustritatis Vestra officio gratias ei haberemus. Non minus tamen re ipsa etiam deinceps operam dabimus, ut, quantum in Nobis est, vicissim omni nostra erga eam benevolentia significatione, huic ejus in Nos voluntati, quam quum aliis plurimis in rebus, tum hac ipsa abunde Nobis declaravit, respondeamus. Ac pecuniam quidem eam, quum, ut ad divi Michaelis, qui ultimus solutionis dies prastitutus erat, sine mora Illustritati Vestra numerari curarit, Magnifico regni thesaurario nostro mandaverimus, quin huic nostra voluntati satisfactum ab eo sit, solutionemque ejus Illustritas Vestra jam acceperit, dubitandum Nobis non arbitramur. Jam vero Generosum Joannem Zamoyscium, secretarium nostrum, ad Illustritatem Vestram mittimus, qui pignora debiti ejus a Nobis interposita, ab Illustritate Vestra accipiat, atque ad Nos referat. Ex quo quum de nostra quoque erga se benevolentia copiosius Illustritas Vestra intellectura sit, ut fidem illi dicenti habeat, amanter ab Illustritate Vestra postulamus, eamque quam optime valere cupimus. Lublini 10 octobris, anno 1583.

CLXX.

Dominus cancellarius ad Patrem Possevinum.

90 143

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Reverende Domine, amice honorande. Quæ de rebus quum ad Regiam Majestatem, tum ad me superioribus diebus Dominatio Vestra Reverendissima scripsit, quum ad ea ante meum in aulam adventum statim Regia Majestas Dominationi Vestra responderit, qua sententia illius esset ex literis ejusdem perspexisse Dominationem Vestram minime dubito. Quum autem duplicata earum literarum exempla Dominatio Vestra misisset, accidit ut alterum eorum in me incideret: id et cum meis ad Regiam Majestatem statim misi, et partim per literas, partim coram, postquam huc venissem, diligentissime ea de re cum Regia Majestate egi. Video autem suas quasdam rationes, cur villarum earum restitutionem tantopere urgeat, Majestatem Regiam habere, maxime vero quod quum non solum ad se, sed alios etiam ejusdem rei consortes ea pertineant, non sui modo, sed suorum etiam juris et opinionis rationem sibi habendam intelligat. Itaque uti quidem hactenus fecit, ita posthac etiam, quo ad optatum tandem finem negotium perducatur, omni studio Dominatio Vestra incumbet, persuadebitque Sacra Cæsarea Majestati, quam primum firma saltim et certa conjunctionis fundamenta hac de re jacta fuerint, brevi eam tanquam uberes

Regia Majestatis erga se studii fructus ex ea percepturam, qui tam exiguarum possessionum commodum, quod tamen apud tantum principem in nulla existimatione esse possit, non modo compensaturi, verum superaturi etiam facile sint. Quod reliquum est, etc. Lublini 10 octobris 1583.

CLXXI.

Ad Cæsarem a Stephano rege Poloniæ.

go 144 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Serenissime et excellentissime princeps, Domine affinis, vicine et amice noster charissime. Graviter hisce diebus de Majestatis Vestræ subdito, Georgio Braun barone, per internuntios suos questa est nobilitas terræ Vielunensis, ostenditque cum, quum nobilis Albertus Rogacki, subditus noster, non procul a finibus in bonis nobilis Adami Mielinski, pignori sibi traditis, domicilium instituisset constituere, vixque in eis consedisset, armatorum manu, cuncta noctu, nihil tale Rogackio expectante, per summum silentium vi in ædes ipsius irrupisse, ac non modo in uxorem et liberos, omnemque familiam ejus variis injuriis ac vulneribus crudelissime grassatum, verum ipsum etiam vi captivum abductum, non prius, quam certis conditionibus secum depactus esset, dimisisse. Quorsum hæc spectent, nisi ab initio obviam iis eatur, Majestas Vestra, pro singulari sua prudentia, optime perspicit. Quum autem de ejus mutua inter nos benevolentia, interque utriusque subditos pacata vicinitatis retinendæ studio, minime dubitemus..... quumque aliorum quoque subditorum ejus in nostros injurias subinde incurrere intelligemus, ne deinceps tale quid committatur, ut, quum hisce injuriis a Braunio satisfiat, tum quas per vim et metum a Rogackio conditiones extorsit, earum nexu eum liberet, mandet, atque [ad] præfectum Silesiæ ea de re scribat, amanter ac benevole a Majestate Vestra postulamus. Præterquam sane quod nostræ de ipsius æquitate, ac publicæ tranquillitatis tuendæ voluntate expectationi responderit, majoribus etiam in commodis, priusquam vires sumere illa possint, in tempore obviam hac re iverit. Majestatem Vestram quam optime valere cupimus, eique omnium rerum felices successus optamus. Lublini, 10 octobris, anno Domini 1583.

CLXXII.

Ad ducem in Prussia Stephanus rex Poloniæ.

go 145 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustris princeps, affinis noster charissime. Quid a Serenissimo Daniæ rege ad legationem nostram responsi acceperimus, ex ejusdem exemplo, quod pro mutua nostra cum Illustritate Vestra benevolentia communicandum duximus, Illustritas Vestra cognoscet. Nos sane quid de eo judicare debeamus, nondum satis Nobiscum statuere possumus, nisi quod prolixius aliquanto de mutua Serenitatis ejus erga Nos benevolentia et æquitate, quam sperandum Nobis fuisse nunc intelligimus, polliciti fuerimus. Quum autem Illustritati Vestræ uberius iis de rebus mentem suam aperuisse, eodem responso Serenitas ejus significare videatur, ut, quid illi tota hac de re constet, numquid ad seriam aliquam compositionem, an vero ducendum negotia

ista pertineant, tum quas porro rationes Nobis ostendat, amanter ab Illustritate Vestra postulamus, eamque quam optime valere cupimus. Sublini, die 10 octobris, anno 1583.

CLXXIII.

Dépêche de l'ambassadeur de France au roi.

Bibl. cesarska w Paryżu. Mss. S. Victor 1091.

. . . . . Je ne veux aussi faillir d'avertir Votre Majesté qu'ils ont des lettres de Pologne que le Batori craignant les forces du Turc pour quelques menaces qu'ils lui ont faites depuis naguère envoyait son neveu André Batori avec grande compagnie à Rome pour traiter de chose d'importance qui ne peut être que le fait de cette ligue. Venise, 10 octobre 1583.

CLXXIV.

Dux in Prussia ad Sacram Regiam Majestatem

go 146 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine et affinis colendissime. Sacra Regia Majestati Vestra delata officiorum nostrorum promptitudine, diuturnam incolumitatem, et omnium rerum successus prosperrimos ex animo precamur.

Domine clementissime. Sacram Regiam Majestatem Vestram ex Illustri et Magnifico Domino cancellario et exercituum generali, Domino Joanne Zamoscio de Zamoscie, jam antehac clementer intellexisse non dubitamus, qua cum legatis nostris de controversia illa, qua Sacra Regia Majestati Vestra cum Serenissimo Dania rege ratione bonorum post mortem Illustrissimi Magni ducis in Curonia episcopatu relictorum suboriri tum videbatur, secreto et amice Cracovia egerit, quaque ad nos ea de re perscripserit, quid consilii dederit, et qua nostra quoque de declinanda utrinque hostilitate, et damnis sententia fuerit. Postquam autem non obscure tum perspiceremus, Sacra Regia Majestatis Vestra mentem eo inclinare, minimeque recusare, ut hac controversia justis potius legitima cognitionis, aut amica transactionis remediis, quam armis et bello sopiatur, atque etiam tollatur, nos et pro ea fide, qua Sacra Regia Majestati Vestra obstringimur, et pro eo necessitudinis atque fraternitatis vinculo, quo Serenissimo Dania regi devincti sumus, tum etiam communi utriusque regni, simul et nostro, et vicinarum regionum periculo commoti, rationes et vias omnes tentandas atque incundas nobis putavimus, quibus hac mala publica, et christiani sanguinis profusio evitari, et pracaveri possint.

Quum itaque de praclara Regia Majestatis Vestra voluntate nobis constaret, animum quoque Serenissimi Dania regis, ut se tranquillitatis publica causa ab omni hostilitate, et intempestiva expostulatione ad legitimas, atque aquabiles amicorum transactiones componeret, per literas nostras [cum] quibus peculiarem aulicum nostrum ablegavimus, tentandum atque impellendum duximus. Quarum literarum exemplum litera A signatum, ne quid pro candore nostro Sacram Regiam Majestatem Vestram celare videamur, germanicumque ipsum, atque latine conversum transmittimus. Etsi vero minime tum dubitavimus, Serenissimumque Dania regem, pro singulari fiducia nostra et placa-

bilitate sua, facile ad pacis studium, et amica compositionis rationes animum adjecturum, et omni suspensa hostilitate, justas pacificationis leges minime recusaturum; tamen non mediocriter nos perturbat, quod dimissis vix literis nostris, dum in magna pacificationis, et rei bene conficiendæ spe sumus, nuntius ad nos adfertur, quosdam Regiæ Majestatis Vestræ milites se profitentes, in novam cum militibus Serenissimi Daniæ regis pugnam atque contentionem priores descendisse, et Curoniæ episcopatum gravi damno affecisse. Quod quum contra voluntatem et priorem declarationem Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ fieri facile arbitraremur, simulque metueremus, ne, novis animorum exacerbationibus concitatis, majoribus motibus res implicaretur, eoque nobis difficiliores eæ, quas tentabamus, pacificationis rationes redderentur, in locum viciniorem, arcem nempe nostram Memel, subito nos contulimus, ibique expectato Daniæ regis responso, apud utriusque militum præfectos de induciis, atque tranquillitate, dum de utriusque Majestatum Vestrarum voluntate certiora constarent, obtinenda, laborandum nobis duximus. Nobis vero jam arcem Memel attingentibus, commode per ablegatum ministrum et aulicum nostrum Serenissimi Daniæ regis, de quæsita a nobis pacificatione responsum affertur, cujus exemplum e germanico ad verba transcriptum, cum litera B hisce adjunximus.

Nos itaque de Serenissimi etiam Daniæ regis, de pace et tranquillitate colenda, præclaro studio certiores facti, quum id, quod sperabamus, propemodum adepti nobis videremur, majoribus conatibus, cum utriusque militum præfectis agendum nobis putavimus, ut, ex utriusque Regiæ Majestatis sententia, ab omnibus irruptionibus et hostilitatis studio se continerent. Propius itaque ad Curoniæ fines, in arcem nempe nostram Grobinensem, in magna et viarum, et aeris, qui insalubrior tunc erat, incommoditate movimus, et quod in hac animorum exacerbatione atque ardore optimum putavimus, quum interfessionem nostram ab utrisque Serenissimis regibus facile ferri sciremus, utriusque præfectos militares per legatos nostros ad arma deponenda, pacemque colendam, dum de his rebus certius quid constitueretur, omnibus modis hortati sumus. Quid vero ab utrisque responsum atque impetratum, et per legatos nostros ad nos relatum sit, Sacra Regia Majestas Vestra ex exemplis responsorum, per literas C. D. E. F et G signatis, clementer intelliget. Ne quid vero Sacram Regiam Majestatem Vestram lateat, quanta fide et studio in hac pacificatione instituenda hucusque laborati simus, non gravate Sacra Regia Majestas Vestra ex chartis H. I et K ea cognoscet, quæ hac de re ad Illustrissimos electores Saxoniæ et Brandeburgensem a nobis scripta, et ab iis responsa et consulta fuerint, et quas denuo Serenissimus Daniæ rex de hoc instituto nostro ad nos literas miserit, cum litera L signata hisce adjunximus.

Quum itaque omnium amicorum recte sentientium consilio constet, atque persuasum sit, hujus controversiæ componendæ potiores et commodiores rationes inveniri non posse, quam vel legitimam cognitionem, vel amicam per interpositas personas, quod summopere optandum, transactionem, et ab iis rationibus minime se alienam esse Sacra Regia Majestas Vestra ostenderit, et apud Serenissimum quoque Da-

nia regem obtinuerimus, ut, dummodo Sacra Regia Majestas Vestra vim nullam litigiosis istis episcopatus Curoniæ bonis inferri, aut exerceri interea permittat, et isthinc militem suum evocet, in alterutram harum rationum facile consenserit.

Nos quoque, perspecta horum temporum difficultate, et periculoso rerum christianarum statu, et ex aliis evidentissimis rationibus, quas prætereundas potius censemus, in eodem consilio nostro fideliter persistentes, Sacram Regiam Majestatem Vestram obnixe rogamus, ut pro singulari placabilitate, et tranquillitatis publicæ studio suo, nec non regni sui, eique insertarum provinciarum suarum gratificandi, et majores calamitates a subditis suis declinandi causa, et ob hanc etiam sinceram interpositionem nostram, ejusmodi hostilitatis dilationem et continentiam ita suis mandare atque comprobare dignetur, quemadmodum id facere se velle non obscure declaravit, quo milites isti, qui in districtu isto sub nomine Regiæ Majestatis Vestræ adhuc detinentur, dimittantur, et ab omni impetitione arceantur. Si quid etiam præterea Sacra Regia Majestas Vestra in hac causa a nobis fieri velit, quod opera, studio, fide et industria nostra confectum reddi posse existimat, id si per hunc veredarium nostrum nobis clementer significet, nihil pro virili parte prætermissuri sumus, quod ad omnia conservanda vicinitatis et amicitiæ jura, et pacem stabiliendam, et salutem publicam juvandam, pertinere videbitur. Idque ut faciamus, diligenter monet atque impellit nos ea fides et necessitudo, qua utrique Majestatum Vestrarum obstrictos et devinctos nos esse fatemur. De rebus vero omnibus, Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ sententiam et mentem, ut Serenissimo quoque Daniæ regi expeditius respondere possimus, suspenso quotidie animo expectabimus. Quam prosperrime diutissimeque valere, et perpetuo florentem regnare optamus. Datum Regiomonti, die 19 octobris, anno 1583.

CLXXV.

Litera Andreæ cardinalis ab Austria ad Stephanum regem Poloniæ.

GO 147

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Andreas Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Diaconus ab Austria, etc. Serenissimo Stephano Regi Poloniæ, etc. salutem et omne obsequium. Accepi literas Majestatis Vestræ, quas ad me dedit Illustrissimus adolescens, Andreas Batori, Majestatis Vestræ consanguineus, quem vidi et amplexus sum libentissime, agoque gratias Majestati Vestræ, quæ mihi ita eum commendare voluerit, in quo agnosco benevolentiam et humanitatem Tuam, cui me plurimum debere fateor, tædetque me non parum, qui Romæ hoc tempore non sim, ut operam studiumque meum pro voluntate navare ei [non] possim; verum postquam præsens hoc facere nequeo, episcopo Sporeno, meo et Serenissimi patris mei oratori mandavi, ut ei in omnibus obsequium et operam meam præstet, quem nullatenus defuturum spero. Cæterum a Majestate Tua, ubicunque fuero, operam, studium voluntatemque meam desiderari nunquam permittam. Valeat Majestas Tua, quam Deus Opt. Max. diu incolumem servet. Oeniponti, die 20 octobris, anno Domini 1583.

CLXXVI.

Ad Regiam Majestatem Dominus cancellarius.

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Sacra Regia Majestas et Domine, Domine clementissime. Heri dum ad Dominum secretarium regni scribo de adventu Farensbecii, ut de eo Majestatem Vestram certiorem faciat, obiter mentionem feci. Qui sermones vero, quarumque rerum colloquia inter nos fuerint, nunc pluribus Majestati Vestrae significandum existimavi. Primum quidem de negotiis, quae cum Daniae rege Majestati Vestrae intercedunt, ostendit ita a principio animatum Daniae regem fuisse, ut quum ex scripto exiguitatem fructuum episcopatus ejus, quodque plerique proventus ejus a Magno ipso in varios possessores alienati fuissent, tum difficultates, quas existere ex ea re possent, Daniae rex intellexisset, Beerium, qui nomine nobilitatis illius patrocinium ibi quaereret, quamvis diu satis in aula obversaretur, plane tamen non admitteret. Postea quum ipse jam discessisset, per alios aditum, quam ipse arbitraretur, eum sibi patefecisse, effecisseque, ut animum ad ea adjiceret. Id ita tamen ab initio a Daniae rege susceptum, non ut gravioris aliquid rei, quodque majori cum sumptu gerendum esset, oriretur, vel in controversiam aliquam cum Majestate Vestra se demitteret, sed quod sine adeunda possessione excluderetur, sine ullo negotio ab illa mox desistere se posse, sive in eam admitteretur, neminem deinceps, qui in ea se turbaret, futurum sibi persuaderet, atque ita vel receptum facillimum, vel pacatam possessionem se habiturum arbitraretur. Itaque unum [et] alterum cum paucis tormentis misisse, qui quam faciles aditus ad accipiendam possessionem habituri essent, tentarent, possessionemque ipsam acciperent. Ibi primum profecti Vindavicensis negligentia non parum peccatum, qui mox descensionem [eorum] eorum, vel ad Piltense iter, quod per profecturam eam habuerint, quum potuisset, non impedivisset. Inde etiam postquam Piltenam jam in potestate esse nuntiatum, in Parnava fuisset, quod nihil deinceps controversiae se habiturum existimaret. Tres rursum naves submissas: eas, quum ad Osiliam appulissent, a se auxilia petiisse, a se autem illis negata, [responsumque], praterquam quod ut beneficiis regi Daniae, ita non minori vinculo Sacrae Regiae Majestati Vestrae, quum patriae suae Livoniae, tum stipendiorum, quae sub ea fecisset, ratione devinctum se sciret, non posse eum consilia haec, quibus vicini et conjuncti inter se principes, magno fortassis cum totius Christianitatis incommodo inter se committerentur, quam et antehac nunquam, ita nunc quoque probare. Auctores consiliorum horum quid agerent, viderent, se, quid principi utrique deberet, memorem, animo a rebus iis abesse velle. Itaque quum tres circiter septimanas naves ea circa Osiliam hasissent, tandem ex Piltena quinquaginta equites per eamdem iterum profecturam egressos, cum ipsis se conjunxisse, ac ad centum homines, eodem quo venerant itinere, Piltenam secum duxisse. Inde graviter se apud Daniae regem ob negata auxilia delatum, in non levem tacitae suspicionem conspirationis apud eum adductum, necessitatemque sibi impositam suis se literis apud eum excusandi, ostendisseque se illi se maximis ab eo beneficiis affectum, fideique ab eo sibi in rebus commissis non immemorem, non

debuisse, nec potuisse, salvo honore suo, Majestati etiam Vestra, tanquam indigena Livoniæ provinciæ ortus, ipsius sui ac servitiorum, quibus Majestati Vestræ teneretur, nomine, debitæ fidei oblivisci, petereque ne id a se exigeretur, quod, si existimationem, honorem ac fidem suam tueri vellet, nulla ratione a se prastari potuisset, vel adhuc posset.

Subsecuta deinde ea, ut et Oborscius primum, ac deinde Penkoslavius Piltenam mitteretur, et dux Curlandiæ admonitu Domini locumtenentis, nobilitatem suam, quam illi auxilio mitteret, revocaret, armaretque. Inter eos profectum quoque arcis suæ, quam in Curlandia haberet, ad delectum respondisse, quamvis nulla eo nomine, utque omnino essent libera, servitia deberet, atque ita etiam suos certos equites, sub signis ad Piltenam fuisse, eoque gravius a Piltensibus apud Daniæ regem rursum accusatum, ut qui non modo non juvaret eos, sed etiam oppugnaret, et iterum se defendere coactum. Jam igitur quum eo res progressa sit, optare sepicebat, ut ea rationes suscipi possent, quibus et utrinque inter Majestatem Vestram et Daniæ regem amicitia retineretur, majusque quum ab utriusque ditionibus, tum a magna parte Christianitatis incommodum averteretur, et Majestas Vestra a majorum rerum gerendarum occasionibus parva hac ac minimi fere momenti re non avocaretur. Videre autem se satis constare, quæ acta essent, partim inscia Majestate Vestra acta esse, partim illorum ipsorum injuriis, atque incursionibus provocata, nec tam ob ipsam rem Daniæ regem moveri, quam angi animo quum acceptæ injuriæ opinione, tum aliorum de se existimationis cura. Accedere eo Sveciæ regis artes, qui animo æquo faces quotidie admovens, omnes ad eum accendendum per cujusvis generis homines aditus quæreret, diserte etiam scribere ad eum non dubitet, pro effeminatissimo imbellisimoque rege per universum Imperium Germanicum habitum iri, nisi quas tam atroces a Polonis injurias accepisset, iis reponeret, aliasque subinde voces spargat, ac nihil intentatum relinquat, quo nascens in animo ejus incendium requiescere non patiatur.

Ego autem, ut ad rationes, quas sopiendæ controversiæ huic accommodatas putarat, deveniremus, pluribus ei respondi, neque regni Poloniæ eam conditionem esse, ut vel regni Daniæ, vel cujuscunque potentiam formidare deberet, nec rursum regni Daniæ opes ab eo ita contemni, ut ultro injuriis provocatum id velit; de eventibus tamen bellorum, quum in Dei potestate sint, semper melius eos, qui justam causam se fovere sciant, sperare debere. Facile autem eum ipsum statuere posse, quam quisque æquitatis rationem haberet, qui et quanto cum sumptu et labore pro universa Livonia bellum cum Moscho, et eo quidem animo a Majestate Vestra gestum esset, ut si partem sumptuum ac laborum Daniæ quoque rex subire voluisset, in ea præsertim adhuc belli eventorum incertitudine, non modo non exclusura, sed ad suscipiendum illud ultro eum hortatura Majestas Vestra fuisset, optime meminisset, et nunc confecto bello partem ejus sine ullo præsertim fructu appetere, magis malevolentiæ cujusquam ac affectionis inimicitiarum, quam juris sui vindicandi speciem habere, facile intelligeret.

Utcumque tamen hæc essent, plus apud Majestatem Regiam mutuam inter

christianos principes benevolentiam, ac publica pacis studium valere, malleque eam majoribus contra barbaros occasionibus operam suam Reipublica christiana navare, quam tam levi de re cum Dania rege, qui et ipse, ut princeps christianus, non exiguum ad universa Christianitatis res momentum adferre posset, digladiari: nonnisi eo animo Majestas Vestra esset, facile intelligi, nullo pene negotio, de tota hac controversia, quæ in una Piltena jam consisteret, priusquam eis suppetiæ a Dano, quum hieme in illis locis satis longa, tum majori spatio excluso, ferrentur, armis decerni posse. Sed et Majestatis Vestræ animum a profusione sanguinis abhorrentem, ultro ad mutuam cum christianis principibus amicitiam et benevolentiam tuendam inclinare, et si ipse, quas rationes sciret, vel per quos commode controversia hæ tolli possent, [in medium proponeret], me quoque ut ad eam potissimum rationem Majestas Vestra se adjungeret, Majestati Vestræ supplicaturum.

Respondit, si ab initio opera sua adhibita esset, quamvis conditionem suam agnoscaret, tamen suo etiam loco non exiguum momentum ad componendas hasce res sese allaturum, atque aliquo cum fructu tractationem earum sese susceperum fuisse existimaret: tam vero animum regis suspicionibus plane [refertum] et a se alienatum non modo iis, quam ante dixisset, verum etiam quod quum Majestas Vestra Piltenam, atque arcem quandam Curonicam sibi obtulerit, ac a nova Vestræ Majestatis liberalitate id proficisci sibi persuaderet, a se claim ita res exulceratas, ambitionemque ac avaritiam suam omnium harum turbarum causam existimare, ut omnem sibi ad ea tentanda aditum præclusum videat: compertum autem se habere cum duce Prussiæ omnium rerum harum consilia sua illum communicasse, et in quo tandem insistere vellet, aperuisse. Quare se principem, qui et vasallus Majestatis Vestræ esset, utrique autem affinitate et necessitudine conjunctissimus, cumprimis ad id accommodatum arbitrari, nec alienum futurum, quum commodius coram, quam per literas hujusmodi de rebus conferatur, si ad principem, ut Bulavium huc ad me mitteret, scriberem de omnibus, quæ ex ipso cognoscerem. Quod quum fieret, sepuoque a Majestate Vestra, ad quam cras cogitat, sub adventus ejus tempus huc rediturum, ut communicatis a se quoque cum Bulavio, pro sua cum eo amicitia, ac Danicarum rerum peritia, sententiis, tota de re melius ita tractari posset. Distat Mons Regius a me viginti saltim et aliquot miliaribus, Bulavium etiam pro suo candore et erga Majestatem Vestram fide ac observantia, quod illi his de rebus constet, dicturum eum sine dubio. Quum autem sine Majestatis Vestræ scitu sit referendum, prius de eo statui..... quicquid autem Majestas Vestra statuerit, ut primo quoque tempore mihi significet, quo quamprimum quid illa faciendum mihi judicarit, fieri posit, Majestati Vestræ supplico.

Cumprimis autem Majestatis Vestræ præsentiam necessariam rebus Livonicis putat: nam et animos hominum variis sermonibus tentari, partim quidem studiose a Sveco conficitis, partim quidem ab errore et metu quorundam proficiscentibus, inter alios portum quendam in ..... apud Svecum dixisse constitutum Majestatem Vestram habere, omnes

Livonos e medio tollere, Polonisque et Lithuanis solis Livoniam replere, aliis Majestatem Vestram omnibus, qui ad mare quamvis optimo jure possessiones habeant, [auferre eas in animo habere], praterea quod Germanis non fidendum, ac si quid concedendum illis sit, in mediterraneis locis eis permittendum, opportunitate vero maris omni excludendos Majestas Vestra putaret, passim spargere: tum Dominum locumtenentem ita ad desideria provincialium respondere, ut candorem quidem, ac indolem ejus perspiciant omnes, molestia, quam ex rebus, non ex sententia fluentibus conceperint, non leventur. Quare, quam heri quoque ad Majestatem Vestram perscripsi, ut, si ipsa per Russicas res posset, quod ut possit opto, ipsa eo excurreret, omnino necessarium judico. Quod si illa Majestatem Vestram retinerent, ut saltem qui voluntatem ipsius, et perspectam habeant, et exsequi possint, aliquos mitteret, vix aliquem tamen id posse, jam heri Majestati Vestra ostendi.

Ad privatas res suas quod attineret, non tam ipso commodo se moveri ait, quam quod operam studiumque suum Majestati Vestra ita hactenus navarit, ut obscura ea minime sint: quod tamdiu fructu aliquo gratia Majestatis Vestra careat, ad nonnullam contumeliam suam pertinere, ac quorundam etiam voces non effugere intelligat, ac a Dania quoque rege notatum, dum consultanti rescribit, fortunam se illius non invidere, si quid ei apud alios offerretur, ac illi de suo, non alieno largiretur, itaque eam, quam sibi ab aliis ostentari diceret, ut vellet, prosequeretur. Piltena quidem, quam pro clementia sua ipsi Majestas Vestra obtulerat, propter aliorum bonorum suorum vicinitatem cumprimis commodam futuram sibi fuisse; sed quia in eam suspicionem apud regem Dania ob illam jam venisset, qui majorem dignitatis et honoris ejusque commodi rationem sibi habendam plus intelligeret, Luronicorum sibi bonorum nihil attingendum putare. Quum vero praterea unum ex utraduanis arcibus hereditario jure cum prasidatu Majestas Vestra ei obtulisset, si prasidem se Majestas Vestra vellet Parnaveum, ac ad eum Karkus, Helmet, Ermis et Rugen arces in vita tempora ea, qua alius capitaneatus lege confertur, sibi tribueret, earum fructus ita se administraturum, ut Parnaviam, tam arcem, quam civitatem, moenibus muniturus, civibus etiam repleturus, ac exculturus esset, omnia denique collaturus, qua ad tuitionem conservationemque eorum pertinerent, nec quidquam subsidii a Majestate Vestra, dum in hoc statu res permanerent, et non aperto Marte, aut majori vi aliquid gereretur, petiturus.

Ostendi illi aliquas fortassis hujus rei difficultates fore: nam et Parnaviam Lesniovolscio jam commissam, qui ex primaria in hoc regno familia, ac publice bene merita natus esset, ac ipse quoque bene de Republica meritus, nisi in ejus locum aliquid ei conferretur aliud, non facile dimoveri possit, aliarum quoque nonnullas aliis jam promissas. Existimarem autem rectissime ei Parnaviam, si Lesniovolscio aliunde satisfieri posset, Majestatem Vestram commissuram, vel Felinum. Nam quum Torpatum jam ex propriis proventibus se tueatur, si Parnavia quoque ac Felinum eodem modo, ut ex propriis proventibus defenderentur, constitui possent, et cura non levi Majestatem Vestram vacaturam arbitrarer, et alios proventus intra Livoniam, sine ulla imminutione in alios usus convertere posse. Quod alterum eorum Majestatem Vestram assequi non posse video, homini rei militaris perito, Sveco etiam ob privatas injurias offenso, ea commissa [arbitror]. Si vero

id Majestas Vestra spectet, quod religionem catholicam cumprimis iis in locis propagari cupiat, is vero sit diversa religionis, pro humanissimo ejus ingenio facile mihi persuadeo, non modo se [non] impediturum rem hanc, sed etiam sacerdotes in honore habiturum esse! Quod si hoc tempore Majestas Vestra neutrum facere possit, ut de iis saltem, quæ ad manus habet, clementia sua erga illum utatur, de aliis bene sperare eum jubeat, faciatque ut cum iis, quæ potuerint sibi a Majestate Vestra prastari, clementiam ejus perspiciat, in aliis, quæ integra non sunt, non tam animum Majestatis Vestræ, quam opportunitatem sibi defuisse intelligat, etiam atque etiam Majestati Vestræ supplico. Ita enim ipse etiam illi persuadeo Majestatem Vestram iis, quæ non poterit, in eum collatis, liberalitati erga eum suæ modum non imposituram, quibusvis novis occasionibus oblatis, novis etiam beneficiis augeat; quod etiam nec illum de suo de Majestate Vestra bene merendi studio quidquam remissurum, nova potius ad vetera officia adjecturum, mihi de ipso quoque persuaderem. Commendo me etc. Vnisino, die 9 novembris, anno 1583.

Post scripta.

Hasce quum putasset obstituras difficultates in consequenda Parnavia, quas ex me intellexisset, si eam illis conditionibus conferre Majestas Vestra sibi non possit, petit hereditario jure, vel Oberpalium, vel Pebalgam cum Sesvego, vel hanc cum Lauduno, vel Treidenum cum Cremona. Quum enim hactenus bona nulla in Livonia habeat, si leve aliquid acciperet, quum hoc vinculo magis se Majestati Vestræ ac patriæ suæ Livoniæ obstricturus esset, non tam beneficii aliquid a Majestate Vestra accepturum se putaret, quam, si quid ingrueret, magno cum rei familiaris sua detrimento adesse iis cogeretur, oneris potius non parum se ipsum sibi injuncturum: tum etiam si præsidem Majestas Vestra se vellet, nonnullam etiam, ut et cum Vestræ Majestatis, et sua dignitate præesse ei possit, rationem sibi habendam. Hæc igitur ut Majestas Vestra considerare, et illius benignam rationem habere possit, etiam atque etiam ei supplico.

CLXXVII.

Ad Levinum a Bullau, consiliarium ducis in Prussia, Dominus cancellarius.

90 149 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Generose Domine, amice charissime. Etsi fides atque studium Dominationis Vestræ erga Regiam Majestatem antea etiam satis mihi perspecta fuerit; non exiguum tamen cumulum adjecisse illis Dominationem Vestram intelligo, arcem Piltenam ea diligentia administrando, qua administrasse Dominationem Vestram ex literis suis perspicio. Scribit autem iis de rebus ad Illustrissimum principem Regia Majestas ipsa; et scribit humanissime, quod quam non pridem, at non absurde fortasis nuper a quibusdam dictum: in verbis virgines, in factis leones et reges, esse existimet. Id ab altera quoque parte observaretur, vellem; quomodo autem observetur, ex posterioribus responsis facile Dominatio Vestra judicabit: quod ego non quidem ipsius Serenissimi Daniæ regis voluntate ulla fieri mihi persuadeo (scio reges neque hoc tractare solere, neque semper inspicere), sed cancellariæ forte ipsius, cui si a me forte par non refertur, non ea causa fit, quod meæ etiam cancellariæ stilus desit, quem si stringere velit, facile verba verbis ulcisci possit, sed quod uti

eo nolim. Nam quum sim is cancellarius, qui non literas modo, sed arma etiam tractem, semper virum nobilem et militarem verbis quam factis parciorem esse debere arbitratus sum: non alienum autem existimarim, ut, si Dominationi Vestra aliquis usus cum illis, qui istas res ibi tractarent, intercederet, ut ipsi quoque intra eos fines se continerent, eos admoneret, aut Illustrissimum principem, ut eos admoneri juberet, appellaret. Nam si deinceps etiam hujus [modi] verbis non abstineretur, [videant] ut ad similem asperitatem provocati Ordines non essent: plus tamen fortassis impedimenti compositioni ipsi, ac toti huic negotio adferre possent, quam utrique fortassis parti expediret. Interim Illustrissimus princeps, quemadmodum a Regia Majestate ad Celsitudinem ejus perscriptum est, de arbitris, temporeque et loco, ubi conveniant, qui non quidem ex compromisso per sententiam (id enim non nisi in comitiis omnium Ordinum consensu ac voluntate fieri potuisset), sed ex aquo et bono controversiam hanc tractent, componentque, cogitabit, ac ipsa etiam, quas maxime huic rei accommodatas rationes existimarit, suscipiet, tractabitque. Quare in hac re nulli conjunctissimi et benevolentissimi principis officio Celsitudinem ejus defuturam mihi persuadeo.

Aliquoties etiam appellatus a Regia Majestate sum de responso ad literas, quas de calendelario ad Illustrissimum principem dedit. Itaque urgebit Dominatio Vestra: puto autem perspicere eam, si Celsitudo ejus diversum quid de ea ratione sentiret, ut in Franconia, quod sibi videretur, observaret, aquum esset, in provincia autem, qua regno contineatur, a publico regni exemplo non discederet, quamvis venerit etiam ad manus meas Cesarea Majestatis ea de re decretum: sed quid in aliis provinciis agatur, nihil ad nos. Dominationem Vestram quam optime valere cupio. Knissino, die 10 novembris, anno 1583.

CLXXVIII.

Ad ducem in Prussia Dominus cancellarius.

GO 180 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime princeps, Domine observandissime. Literas Illustrissima Vestra Celsitudinis minister ejus, quum Bresta a Regia Majestate rediret, mihi reddidit, ad quas ideo pluribus nunc rescribendum non existimo, quod id Regiam Majestatem, et pro sua erga Celsitudinem Vestram benevolentia, amice, et pro mutua cum eadem fiducia, candide et sincere feciße intelligo. Erit nunc Celsitudinis Vestra, eo quo coepit modo, negotium administrare, maxime autem, quum et ipsa princeps regni hujus sit, et in publica ejus dignitate ipsius quoque dignitas agatur, ita id proponere, tractareque, ut maxime ex dignitate tum Regia Majestatis, tum regni futurum existimarit. Quod etiam nullo non monente ultro Celsitudinem Vestram facturam minime dubito, ita ipsa quoque tum apud Regiam Majestatem, tum universas Ordines regni honori et commodo sibi futurum minime dubitabit. Res qua in controversia est, qualis sit, satis certe jam Celsitudini Vestra perspectum est, qua postea etiam acciderint, quibusque maxime moveri Sereniissimus Dania rex videtur, eo minus etiam Celsitudinem Vestram latere potest, quod pro eximia sua erga Regiam Majestatem atque regnum voluntate, harum ipsarum rerum causa, in finibus tum Celsitudinem Vestram fuisse, ac pene quum gererentur, iis interfuisse intelligo. Neminem autem esse arbitror, qui non perspiciat ita ea acta esse, ut prima pene inscia Regia Majestate acta sint, pleraque necessaria, ac ipsorum Curoniensium injuriis atque incursionibus provocata.

Ad Regiam Majestatem quod attinet, postquam legatum suum in Daniam a se dimiserat pro eo, quod per eundem facturam se Serenissimo Daniæ regi renuntiari jusserat, suaque dictorum ditionum suorum constantia tuenda, statim tum fecit, ut literas ad locumtenentem suum in Livoniam daret, quibus ut militem, quem ad Piltenam missum audierat, revocaret, ab omnique deinceps vi abstineret, ei mandaret. Qua de re quum ille ad Penkoslavium, qui ad Piltenam erat, diversas literas dedisset, atque aliqua earum a præsidiariis Piltensibus excepta fuissent, ea tum acciderant, quæ, si illi eum, quem debuissent, modum sibi statuere potuissent, satisque si intra munitiones suas pacate se continere potuissent, accidere necesse omnino non erat. Etenim retrocedere militem conspicati, discessus ejus lætitia, ac hostilis animi odio longius provecti, justo equitum ac peditum numero, tormentis etiam quibusdam bellicis levioribus simul eductis, trium dierum itinere, ad sex milliaria eum progressum insecuti, quum in pago quodam omnium rerum ignarus consedisset, mox summa [vi] in tertia nocte adoriuntur. Quo tempore si ea fortuna prælii ejus fuit, ut quum nostri, recollectis animis, contra vim se defenderent, ... qui quum facerent, magna cum suorum strage ex eo loco, in quem, quum intra moenia sua pacati esse potuissent, sua sponte descenderant, inferiores se reciperent. Penes quem ejus rei culpa sit, non Celsitudo modo Vestra, verum quilibet facile perspicit. Quæ si Serenissimus quoque Daniæ rex cognita haberet, aut si habet, diligentius apud se consideraret, minus fortasis ipse ea re commoveri se pateretur, nihil sane causæ, cur commoveretur, haberet. Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam optime valere cupimus, eique omnia fausta ac felicia a Deo Opt. Max precamur. Knissino, decima octava novembris, anno 1583.

CLXXIX.

Litera Stephani, regis Poloniæ, ad Christophorum Radzivil, ducem in Olyka et Nieswiez.

Teka Naruszewicza 96. Ex orig. arch. Radzivil. Niesviez.

Illustris et Magnifice, sincere Nobis dilecte. Quum hoc tempore Sinceritatem Vestram matrimonium contrahere intellexissemus, ad eam nuptiarum solennitatem nostro nomine curia nostra mareschalcum, Sinceritatis Vestræ fratrem, mittere voluimus, tametsi ipsimet his nuptiis interesse maluissemus, nisi temporis angustia et loci distantia impediti fuissemus. Interim Sinceritati Vestræ in hoc conjugali statu felicia omnia precamur, atque id ut bene, favente Deo Opt. Max. in hoc vivendi genere diuturna felicitate Sinceritas Vestra perfruatur, quam bene valere cupimus. Datum Grodna, die vigesima prima mensis novembris, anno Domini 1583 (1), regni vero nostri anno octavo.

CLXXX.

Dux in Prussia ad Casparum Ostrowski, capitaneum Ambotensem.

90, 184 Ex mss bibl. Zaluski. 255.

Universis et singulis, præsentia visuris, seu audituris, præcipue vero quorum interest, notum sit. Quum præterito anno, Dei præpotentis voluntate, quondam Illustrissimus princeps, Dominus Magnus in Livonia episcopatuum Osilia, Wick et Curlandiæ Dominus, hæres Norvegiæ, princeps Holsatiæ et administrator episcopatus Curoniæ, vitam cum

CLXXIX. (1) Data tego listu jest o cały rok od prawdziwej wcześniejsza. Mikołaj Krzysztof Radziwiłł, marszałek W. Lit. przerwany Sierotka, pielgrzymował tego roku i przez cały prawie rok następny po Ziemi Świętej. Nie mógł zatem tego roku ożenić się w Polsce. Ożenił się on ale dopiero powróciwszy z tej pielgrzymki, i wziął ślub 24 listopada 1584 roku, z Elżbietą Eufemią, córką Andrzeja Korybuta, księcia Wiśniowieckiego, wojewody Wołyńskiego. Zresztą lata panowania króla Stefana, regni vero nostri anno octavo, dostatecznie okazują, że ten list był pisany 1584 roku.

morte commutaſſet, prædictusque episcopatus Curonia, ad quem dominii et proprietatis jure pertineret, inter Sereniſſimos et potentiſſimos reges et Dominos, Dominum Stephanum, regem Poloniæ, Magnum ducem Lithuaniæ etc. ab una, [et Dominum Fridericum regem Daniæ] ab altera parte, in controversiam veniſſet, et dum utraque Regia Majestas suum jus, quod sibi competere existimabat, armata manu tueri, atque poſſeſſionem adipisci contenderet, factum est, ut dum utrinque per milites hostiliter ageretur, aliquot cædes, deprædationes, et agrorum devastationes datæ fuerint. Quæ res quum non solum damno et calamitate istam dioecesim afficeret, sed etiam timendum est, ne vicinitatis et amicitiæ jura inter utrumque regem diſſolveret, neve ex tam levi initio gliscens flamma perniciosiſſimum christianæ Reipublicæ excitaret incendium: quare pro sua fide ac neceſſitudine, qua Illustriſſimus princeps, Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Pruſſia dux, utramque Regiam Majestatem attingit, summo cum studio hanc suscepit cogitandi curam, quomodo hæc mota quæstio commodis rationibus ita componi poſſit, ne negotium illud ad majorem diffunderetur amplitudinem, sed ut cuilibet regi vetus, et mutuæ vicinitatis et benevolentiæ neceſſitudo salva et integra constaret. Ad eam itaque flammam restinguendam, tollendumque diſſidium, hæc consilii ratio suffragata est, ut non ferro et armis jus suum peterent, vique defenderent, sed causa tota ad justos potius remitteretur arbitros, qui ex æquo et bono causam cognoscerent, componerentque. Quæ in re etsi utraque S. Majestas suæ Illustriſſimæ Celsitudinis consilio subscriberet, quum hoc arbitrium virorum bonorum acriorem exposceret indagi-
nem, nec justa poſſit eſſe suscipiendæ hujus causæ opportunitas, nisi interim abstineretur ab omni hostilitate, vi et injuriis. Quod itaque et rationi, et æquitati, tum rebus ipsis consentaneum eſset, facile Sacra Majestas Regia in Polonia, id sua Celsitudine suadente, eo se adduci paſsa est, ut in pactum de induciis certis conditionibus initum utrinque consentiret, mandaretque Illustriſsimo et Reverendiſsimo in Christo Patri ac Domino, Georgio Radzivil, ducí in Olyka, etc. in Livonia locumtenenti, ut in Curoniam ad limites suos, qui in Ambotensi eſsent, idoneum aliquem mitteret, qui ex parte sua de induciis constituendis auctoritatem præstaret, et Celsitudinem suam admoneret, ut ex suis aliquem ablegaret, qui mediator inter utrasque partes existens, pacis atque induciarum conditiones constitueret, quas ab utraque parte capitanei regii fide confirmarent, nec dubitandum Sacram Regiam Majestatem in Dania, quum pro sua innata et prospecta æquitate, tum quod priorem causam principalem ad arbitrium bonorum virorum, Celsitudine sua id rogante, revocandam duxerit, cujus cum commodo res illa conjuncta eſset, eandem sententiam amplexuram, et quod ejus nomine gestum fuerit, ratam habituram eſse.

Quum igitur Illustriſsimus ac Reverendiſsimus in Christo Pater, ac Dominus Georgius Radzivil, ad id nobilem virum, Andream Spill, Sacræ Regiæ Majestatis in Polonia secretarium, Illustriſsimus vero princeps ac Dominus, Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Pruſsia dux, Generosum Levinum a Bulau, consiliarium nostrum misiſsent, qui quum certo loco convenisſent, et negotium illud faciendarum induciarum debita fide suscepiſsent, communicaſsentque cum utriusque capitaneis nobilibus, et locumtenentibus in arce Ambotensi ac Piltensi consilia sua, sæpe dictas inducias

hisce subsequentibus conditionibus, utrarumque partium expreſso consensu, pepigerunt atque constituerunt.

Imprimis autem per expreſsum cautum ese voluerunt, ne hac [de] induciis peracta transactio Sereniſsimis regibus et Polonia et Daniæ juri suo, quod in isto episcopatu prætendunt, damno, præjudicio et fraudi sit, neve unquam ex eo argumentum aliquod sumatur, et allegetur. Et utraque Sacra Regia Majestas eas arces et præfecturas, nec non curias et prædia et colonos, uti nunc poſsidet, ita et in posterum libere et quiete poſsideat, iisque utatur et fruatur, donec negotium principale per amicabilem compositionem discuſsum atque definitum fuerit. Quum autem nobiles isti, quibus bona sua in Ambotensi præfectura per regios milites Polonos ademta, ipsique poſsessione exclusi eſsent, de hoc graviſsime conquererentur, seque ante omnia restitui peterent, idque ex parte Regiæ Majestatis Poloniæ concedi hoc tempore non poſset, ea de re utrinque ita constitutum est, ut scilicet Illustriſsimus Dominus marchio, quemadmodum hactenus negotium hoc singulari studio transigendum suscepiſset, ita ex utriusque regis parte in posterum sibi diligenter operam dandam, ut non solum causa principalis primo quoque tempore ad tranquillum et quietum finem deduceretur, verum etiam ut nobiles isti interea restituantur, salvis nihilominus induciarum harum conditionibus. Quum etiam oppidulum Hasenloth cum suis pertinentiis per internuntium Sacræ Regiæ Majestatis in Polonia repetitum, ex justis autem causis præcipue vero, quod et oppidulum ipsum, et castellum adjacens igne absumpta et deleta sint, restitui non poſsit, debet illud in neutrius poſseſsione manere, et præsidium ibidem in monasterium collocatum, hisce peractis induciis, amoveri, et ut interim non modo ab armis, incursionibus, deprædationibus, injuriis et violentiis, sed etiam ab omni actu fraude, doloque utrinque abstineatur. Utque neutra partium recipienda alicui arcium quocunque nomine et titulo insidietur, atque nobilibus et subditis illius dioecesis libere liceat bonis suis, quibus hactenus, de facto occupantibus aliis, exclusi sunt, uti, frui, poſsidere, negotiari, nemine turbante, offendente, aut impedimentum aliquod præstante. Et ne ulli hominum aliquid damni detur, capitanei utriusque arcis, Ambotensis et Piltensis, providebunt. Nullam quoque omnino vim dictam, qui se lusos existimant, exercebunt, sed omnium odium et injuriarum memoria penitus sublata, alter alterius commoda promovere, et alternis amoris, benevolentiæque studiis tenebitur. Omnia sine dolo et fraude.

Quæ omnia et singula supradicta sancte se observaturos, capitanei et locumtenentes, in Ambotensi et Piltensi [arcibus], nomine omnium, quorum interest, fide data, confirmarunt, et promiserunt. Et in eorum omnium fidem hasce literas duplicatas, ut debitum suum robur haberent, cum utriusque principis legatis supranominatis, manu sua subscripserunt, atque iisdem sigilla appasuerunt. Actum in arce Hasenpoth, die 30 novembris, juxta calendarium vetus, anno 1583.

CLXXXI.

Dominus cancellarius ad Poſsevinum.

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

O ſprawach Inflanckich 90 152

Reverende Domine, amice honorande. Literas Dominationis Vestræ quum Lamoyscio, ubi bonorum illorum inspiciendorum causa aliquandiu substiti, Knisinum conten-

derem, Regia Majestas ad me misit, in quibus, quæ Latmariensi negotio ad me scribit, quum ad ea Regiam Majestatem ipsam copiosissime ei respondisse intellexerim ex exemplo literarum ad me missо, nihil sane amplius a me Dominatio Vestra expectabit. De Svecia rege diserte ei respondere possum, ita maledicentiam et injurias ejus a Regia Majestate adhuc ferri, ut tam leviter eas ex animo depositura non sit, nec conciliationis rationem ullam me videre, quam si ipse resipiscat, et Regiæ Majestati satisfaciat. Nam ut Regia Majestas vel legatos, vel commissarios mittat, quum id ante aliquoties frustra ac nonnulla sua cum indignitate fecerit, posthac minime facturam scio.

Ad Turcica autem pericula et intestinas dissensiones quod attinet, de quibus Dominatio Vestra scribit, ut maxime a Turcis periculi quid Reipublicæ immineret, quid tamen in utramvis partem, vel ad propulsandum id, vel augendum Svecia rex momenti adferre possit, non video, domestica autem certamina..... Turcica res eo loco sunt, ut D. [campiductor] campestris Russia, [Nicolaus Sieniawski] atque D. Wlodek sine scitu Regiæ Majestatis, privatim a me admoniti, sine nomine ad Beglerbeium Græciæ aliquem misissent, qui jus eos de latronibus dicturos, ablata redditurosque ab illis efficeret. Primo die vincula ei injecta sunt, captus ad Beglerbeium adductus, inde in ejus præsentia fama victoriæ Persicæ captique filii regis Persarum sparsa, eaque publica lætitia, ac bombardarum explosione celebrata: altero vero die ad colloquium admisso ostenderet [Beglerbeius], si quidem..... promitterent, tormenta aliaque ablata restituerent, latronesque supplicio afficerent, vel dederent, se ipsum ad pedes invictissimi imperatoris Turcarum sese abjecturum, neve ab antiquissimo hoc cum regno Poloniæ recederet fœdere, ei supplicaturum esse. Latrones vero eos, quum miles Sacræ Regiæ Majestatis persecutus esset, primum tormentis plerisque relictis in fugam per Kijoviensem tractum versus solitudines Moschoviæ, et ad Corsunium sese conjecerunt: inde distecti, plerique etiam capti sunt, ita ut et tormenta, et ex iis ipsis prædonibus multi in potestate sunt, de quibus supplicium sumetur. Ex quibus de Turcicarum rerum hoc toto statu ipsa Dominatio Vestra judicium facere poterit. Hoc ipso tempore nuntius de morte reginæ Svecia ad me perfertur, isque ternis literis confirmatur, in quarum una additur, Patres etiam Societatis Jesu simul mari impositos e regno emissos. Parczovia, die.... novembris, anno Domini 1583.

CLXXXII.

Rex Poloniæ Stephanus ad electorem Brandeburgicum.

90 153

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustrissime princeps, affinis, vicine et amice noster charissime. Negotia nostra, quæ cum Illustri principe, Domino Julio, Brunsvicensi et Luneburgensi duce, Nobis intercedunt, jam ante per oratorem nostrum, quem eorum causa Magdeburgum ad diem prostitutam misimus, diligenter Illustritati Vestræ commendavimus, nec tamen vel sua sponte, publico omnium Germanicæ gentis illustrissimorum principum dignitatis nomine, summa cura ei futura dubitamus. Nam quum ea hactenus de illorum integritate, atque fide omnium externorum regum existimatio fuerit, ut eam secuti liberos sororesque suos lubentissime iis collocarint, affinitatesque eorum studiose amplexi sint, perspicere Illustritatem Vestram

Nobis persuademus, non minus publicam Germanica nationis dignitatem, ac ne hujusmodi rationibus, quibus adhuc Illustris princeps Julius usus est, a necessitatibus eorum exteri principes absterreantur, quam nostram aliquam rem in causa hac versari, quominus iterum faciendum Nobis arbitramur, ut pluribus eam Illustritati Vestra commendemus, quam etiam sine commendatione nostra aequitas ipsa, publicaque Germanica nationis dignitas, studium ultro Illustritati Vestra commendatura sint.

Quum autem multa, variaque hoc tempore de motibus, qui in Sacro Romano Imperio ex dissensione Coloniensium impendere viderentur, ad Nos perferuntur, etsi antea quid de tota hac re sentiamus, Illustritati Vestra per literas ostenderimus; jam tamen de eadem re denuo ad Illustritatem Vestram nunc etiam scriberemus, pratermittendum non existimavimus. Etsi etiam quid in aliena Republica fiat, curiosius investigare, a gravitate nostra remotissimum, nec judicii nostri facile esse perspiciamus; quum tamen Nobis ita persuadeamus, Imperii ejus salutem publicam [salute] universa Christianitatis, cujus illud tanquam robur sit, contineri, facile ut communis Reipublica christiana salutis cura, vel erga illustrissimos etiam Sacri Romani Imperii principes benevolentia facit, ut nihil etiam, quod cum insigni aliquo periculo ejus conjunctum sit, alienum adeo a Nobis arbitramur. Itaque quod ante fecimus, et mox ac proximum electorem Coloniensem, Truchsesium, in diverso vita genere suscepto, pristinum tamen locum atque dignitatem retinere velle intellexeramus, nostram de ejus instituti eventu sollicitudinem literis nostris Illustritati Vestra ostenderemus, id eo magis nunc Nobis faciendum arbitramur, quum electione Ernesti Bavaria ducis subsecuta, armis eum institutum Imperii jusque suum vindicare instituisse, ac jam sub duplicis banni poena mandata a Casarea Majestate edicta audiamus. In id enim omnino discrimen adducta res videtur, ut, nisi iis obtemperetur, vel Casarea Majestatis jurisve publici auctoritate, cum non levi fortassis ipsius Imperii majestatis diminutione, deserenda, vel armis utrique parti causa defendenda sit, suscipiendumque bellum civile, nulla sane in Republica sine maxima clade, in plerisque cum funestissimo earundem interitu susceptum. Quantum sane Barbarorum furori, qui in omnes christiani nominis oppugnandi occasiones intenti sunt, nisi in tempore opprimantur, aditum in ipsa viscera Christianitatis dissensiones ha patefacturæ sint, Illustritatem Vestram, pro singulari prudentia sua, satis perspicere non dubitamus: metuimus Nos sane eo vehementius, quo magis furorem eorum, et in nomen christianum rabiem, e propinquiori loco intueri plane videmur. Itaque concordia atque publica inter Imperii Ordines consensione, non ipsi modo Imperio, sed universa Reipublica christiana nihil salutarius, prastabiliusque esse, pluribus apud Illustritatem Vestram, ea prudentia principem, ostendere supervacuum omnino foret. Id quidem, quod alias etiam ostendimus, dissimulandum sane non judicamus, quum nulla re magis, quam mutua inter Ordines consensione, atque mutua benevolentia, erga exteros hostes, omniaque pericula tecta sit Respublica, hac fere ratione sola retineri posse ea, si in suo statu omnia permaneant, nihilque de pristinis institutis ac legibus immutetur. Etsi etiam electoratum eum ita retineri ab eo intelligamus, ut jure post mortem suam alium eligendi integro ecclesia ejus capitulo relicto, religionis autem catholica libertate permissa, sine ulla perpetua principatus illius, aut [bonorum] ejus aliena-

tione, temporarium saltim ~~quum~~ quum sibi usurpare velit, num satis tamen [hujusmodi conditiones] convenientes sint, dubitamus, quum ab altera parte antiquissima Imperii leges, atque instituta, quae ad hoc usque tempus nunquam mutata sunt, nonnullorum ipsius etiam decessorum, ac recentissima aliqua exempla, hoc jam statu religionis in Germania opponuntur. Quare Illustritatem Vestram, pro suo loco ac persona, quam in Sacro Imperio sustinet, rationes omnes, quibus omnia pericula avertantur, cum illustrissimis collegis suis inituram, nostrum sane studium hoc ab optima in Rempublicam christianam, atque Sacrum Romanum Imperium profectum voluntate, Illustritatem Vestram in optimam partem acceptuam minime dubitamus. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram, cui omnia fausta ac felicia precamur, quam optime valere cupimus. Brestae, die .... novembris, anno 1583.

CLXXXIII.

Georgius Fridericus dux in Prussia, ad Stephanum regem Poloniae.

gu 155 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine et affinis colendissime. Sacrae Regiae Majestati Vestrae officia nostra, fidei et obsequii plenissima, studiose deferentes, praeter diuturnam incolumitatem, rerum omnium successus prosperrimos ex animo precamur.

Domine clementissime. Quum omnem hujus ducatus recte et legitime administrandi, et pacata in eo possessionis adipiscendae rationem, maxima ex parte [in] Sacrae Regiae Majestatis Vestrae auctoritate positam esse semper arbitrati simus, factum est, ut de quorundam subditorum nostrorum impense adversandi et turbandi studio, calumniandi libidine, inobedientiaque denique et protervia saepius apud Regiam Majestatem Vestram conquesti sumus, quia non mediocriter Sacrae Regiae Majestatis Vestrae consilio atque auctoritate sublevatos nos esse hucusque perspeximus. Quapropter quum non levis iterum a senatu veteris oppidi nostri Regiomontani nobis contra morem majorum molestia, non sine singulari contemptu auctoritatis nostrae adhibeatur, quidquid esset, ad Sacram Regiam Majestatem Vestram, cujus hac in re voluntatem et judicium libenter sequemur, deferendum esse duximus. Sacram autem Majestatem Vestram, pro singulari prudentia atque rerum gerendarum experientia, facile nobiscum perspicere, atque intelligere arbitramur, magnam principum atque ducum auctoritatis partem in libera juris dicendi facultate positam, tum omnium fere gentium ac inprimis christianorum principum jure et consuetudine receptum, ut nulli magistratui inferiori jurisdictio in aulicos et servitores principis concedatur, sed soli principi, ejusque ad eam rem constitutis officiariis reservetur, atque etiam in hoc ducatu nostro usu receptum, et a ~~Dominis~~ Dominis antecessoribus nostris usurpatum accepimus.

Hoc jus nostrum, superioribus hisce mensibus elapsis, senatus veteris oppidi Regiomontani, vel ex communi cum aliis ad nos excitandos consensu et conspiratione, vel aliorum adversandi licentia atque impunitate adductus, in dubium vocare, nobisque de facto extorquere, sibique temere vindicare ausus fuit. Quum enim quemdam ex aulicis nostris, capitanei militaris officio fungentem, atque etiam Serenissimi Daniae regis stipendiarium, Philippum Wilde, qui Sacrae quoque Majestati Vestrae ad Plescoviam pro signi-

fero sub militum Germanicorum capitaneo Lembke militavit, ob vulnus civi cuidam inflictum idem senatus oppidi veteris in carcerem oppidanum tumultuarie injeciſſet: consiliarii nostri, quibus ignotum non erat, ministrum aulicum intra spatium 24 horarum in carceribus oppidanis detinere fas non eſse, postridie juris nostri tuendi causa captivum ministrum nostrum in custodiam arcis ex more tradi flagitarunt. Quod quum facere senatus recusaſset, nos, qui Regiomonto tum aberamus, ut dicto audientes eſsent, nec jurisdictionem nobis competentem temere turbarent, per mandatum eos gratiose cohortati sumus, et quod jure id peteremus, prolixe ei ostendimus. Huic mandato atque cohortationi nostra, ne tum quidem morem gerentes, jus nostrum in dubium vocare, et totum id sibi vindicare majori cum intentione coeperant, allegato ad eam rem veteri quodam ordinis privilegio, tum ea impetrata a ~~Dom~~ Domino seniore principe Alberto ejus privilegii confirmatione, et longa ejus juris usurpatione, de quibus Sacram Regiam Majestatem Vestram altius informandam duximus.

Quod enim vetus illud privilegium attinet, quibus temporibus, eoque harum terrarum statu id datum doceri potest, quum districtus ille Regiomontanus, non ab ipso Ordinis magistro, cujus Marienburgi tum sedes erat, sed per commendatores aut alios officiarios administratus est, ubi certis fortaſsis ex causis jurisdictio in sambitos in civitatibus delinquentes (quo sambitorum nomine nobiles et aulicos intelligi volunt), illis conceſsa videtur. Quæ tamen juris dicendi facultas, succedentibus tot rerum viciſsitudinibus, paulo post ita restricta, atque etiam abrogata eſse ex archivis apparet, ut ne minima quidem jurisdictio sine præsentia atque consensu alicujus ex Ordine Teutonico officiarii, harum civitatum magistratibus aliquot seculis post permiſsa fuerit, sed ipsi potius Ordinis fratres in civitatibus omnem jurisdictionem et in ipsos cives sibi usurparunt, usque ad tempora fere Friderici Saxonis ducis, Teutonici tum quoque Ordinis magistri: qui Fridericus Saxo triennio antequam ex Boruſsiæ finibus excederet, certis conditionibus, dimidiam nempe molliturarum partem sibi paciscens, in aulicos vero et Ordinis magistros omnem sibi potestatem reservans, senatibus etiam civitatum Regiomontanarum in cives suos, salva tamen appellatione, jurisdictionem in triennium precario delegavit atque conceſsit, datis ea de re singulis civitatibus diplomatibus, et uno in cancellis publicis sub manu et sigillo ipsius authentice in hunc usque diem servato.

Hanc Friderici constitutionem, etsi senatus veteris oppidi negare atque opprimere conatur, duobus tamen sociis atque conjunctis civitatibus, Knipaviana nempe et Lobenichtiana, quod id negare non audent, et ipso etiam cancellariæ nostræ exemplo facile redargui poſsunt. Tum autem et priorum temporum consuetudine, et hac nova Friderici Saxonici conceſsione, nec non longa succeſsorum præscriptione, vetus illud privilegium Ordinis Teutonici obliteratum atque plene sublatum arguitur, tandem ejus privilegii confirmationem a divo patruo nostro, Alberto seniore principe, conceſsam, in contumaciæ suæ subsidium adducunt. Nos vero etsi divi senioris principis patrui nostri, loco parentis colendiſsimi, diplomata et privilegiorum confirmationes in justa ætate et integra valetudine ipsius legitime obtentas merito facimus maximi; multa tamen sunt, quæ

hanc confirmationem, vel obreptitiam esse, vel malis artibus contra mentem principis impetratam plene confirmant. Ex hisce potissimum argumentis, quod doceri potest, seniorem illum principem statim sequenti anno post, quinquagesimo nempe septimo, contrario actu in aulicorum delictis in civitate commissis dijudicandis, ab ipso privilegio Ordinis discessisse, nec tam ante quam post ullam jurisdictionem in aulicos ministros civitatis magistratum exercere passum esse. Hujus rei complura a nobis, ab ipsis vero commenticium vix unum exemplum afferri potest: unde et ipsorum longi temporis commenticius usus facile refellitur. Hisce etiam magnum de hac allegata confirmatione diffidentiæ argumentum accedit, quod in similibus casibus, [vivo] seniore principe, hanc ipsius nunc præeuntem confirmationem allegare, [eaque] jus suum tutari ausi non fuerint. Tacemus alia, ex loco, temporum et personarum deducta circumstantiis indicia, quæ non temere arguant, et nobis fidem indubitatam faciant, hanc, quam prætendunt, confirmationem non legitime, sed surreptitie, malisque artibus, tempore alieno, insciente atque imprudente principe, impetratam fuisse; siquidem et in cancellaria Prutenica nulla existent vestigia eam confirmationem rei tam arduæ et magnæ, per supplicationem legitime petitam, aut ex consilio consiliariorum ullorum concessam, sed unius tantum secretarii, tum temporis apud principem, magni hominis avari, relatione in cancellariam irrepsisse apparent: tum etiam hanc confirmationem Friderici Saxonis constitutioni minime derogare posse, juris illud axioma docet, pacta novissima non derogare prioribus, nisi in iis exstet clausula derogatoria; cujus mentionem in confirmatione illa nullam esse apparet. Quæ qualiacunque sint, hæc tamen in præjudicium et fraudem legitimorum successorum, adeoque Serenissimorum Poloniæ regum impetrari non potuisse, nec allegari posse, principem ea prudentia et juris observantia tam præditum, concedere voluisse, multo minus a subditis contra jura principum allegari posse palam est. Cætera longi temporis usus, aliique actus contrarii complures apud prudentes facile refellunt.

His frivolis ipsorum rationibus evidenter refutatis, nostrisque præcipue ostensis, latiusque deductis juribus, summa lenitate eos ad officium et obsequium [adducere] conati sumus, iterum atque iterum postulantes, ut ministrum nostrum jurisdictioni nostræ restituerent, nec temere ex possessione juris nostri de facto nos proturbare pergerent: quod si pro fide sua sponte facerent, facile nos passuros innuimus, ut tum demum legitima juris via res et controversia ipsa definiretur. Illi vero, hoc accepto, jure se quidem experiri velle progressi sunt, illud vero de captivo restituendo surdis acceperunt auribus. Nobis vero, etsi ipsorum hæc protervia non leviter stomachum moveret, nec nobis difficile fuisset, consilio ex tempore facto, remediis severioribus jus nostrum, et successorum nostrorum, nec non Serenissimorum Poloniæ regum pro officio nostro tueri; alia tamen via fidem atque obedientiam ipsorum tentare conantes, communi Prutenicorum consilio habito, mulctam illis viginti millium florenorum Ungaricalium indiximus, quatuor septimanarum spatio exsolvendam, ut intra diei naturalis decursum captivum dimitterent, et jurisdictioni nostræ statuerent.

Sed quum ne hac quidem severitate mulctæ commoti, morem gerere vellent, et magis magisque mandatis nostris refragari, cervicem contra nos erigere studuerunt, severiora remedia adhibenda censentes, consulem ipsorum in oppido nostro Tilsensi extra mœnia sua

deprehensum, in arce nostra Memelensi custodia liberaliter tamen et honeste mandavimus. Quo tandem compulsi, ministrum nostrum, quem quintum jam mensem in carceribus suis inique detinuerunt, multis adhibitis protestationibus, tandem dimiserunt. Nos vero etsi pro vindicanda ipsorum contumacia, exemplum aliquod gravius statuere jure nostro potuisse nobis visi simus; consulem tamen ipsorum liberum et indemnem vicissim dimissimus; jus tamen nostrum commissa multa nomine nobis competens salvum adversus ipsos nobis reservantes: et ne impune id commisisse, aut lenitate nostra frustra abusi viderentur, multam hanc legitima juris via ab illis exigendam statuimus, praesertim quum nobis omnia jura et prudentum consilia favere, idque ex officio nobis ad vindicandum subditorum erga dominum contemptum atque irreverentiam, optimo jure nobis licere intelligeremus. Ad audiendam itaque sententiam citati, quum nullas contumacia sua excusationes in termino comparentes attulissent, per sententiam declaratoriam in judicio nostro aulico ad instigationem fiscalis nostri in poenam legitime sunt condemnati. Quod quum intellexissent, protestatione adhibita, ad Sacra Regia Majestatis Vestra tribunal de manifesta contumacia provocare sunt ausi.

Nunc vero etsi jam ante in sententia declaratoria atque condemnatoria, cujus exemplum latine conversum Sacra Regia Majestati Vestra reverenter transmittimus, principale negotium de jurisdictione in aulicos Sacra Regia Majestatis Vestra cognitioni atque decisioni subjecerimus, et ut idem facerent mandatorum severitate eos adigere conati sumus; tamen confidimus Sacram Regiam Majestatem Vestram, pro singulari sua prudentia, hanc temerariam de multa, in quam scientes prudentes ipso facto suo temerario inciderunt, provocationem minime admissuram, sed potius cum graviori animadversione eos ad parendum et satisfaciendum auctoritate sua compulsuram esse, praesertim quum jura manifesta sint, principem subditis suis jus dicenti non obtemperantibus, et principis sui jura turbantibus, ejusque auctoritatem spernentibus, etiam in casu dubio multam indicere, eamque exigere posse, quo jure et ipse urbium senatus in suos cives nemine refragante utitur.

Hoc itaque jure nostro, atque etiam Sacra Regia Majestatis Vestra in coercendis ejusmodi civium recalcitrantium proterviis atque audaciis, aequitate freti, ut serio nos ista vindicare et exsequi velle intelligerent, juxta sententiam contra ipsos latam, bona civitatis illius terrestria, et eam partem redituum, quam ex portorio habent, occupari, et [ut] de commissa contumacia et multa irrogata nobis satisfaciant, detineri jussimus, praesertim quum ferociam ipsorum in immensum contra nos crescere, ipsosque indulgentia deteriores reddi perspiciamus. Quod vero ad negotium principale ipsius jurisdictionis in aulicos ministros attinet, cui ea quam maxime competat, quum neminem potius quam Sacram Regiam Majestatem Vestram contemptum [auctoritatis nostra vindicare debere existimemus, necessum est, ut] in hac, sicut etiam in gravioribus controversiis nostris, judicem requiramus, eandem ea, qua par est, observantia rogamus, ut de ea cum consiliariis suis decidenda, curam clementer suscipere, et iisdem temerariis oppidanis nostris, ut ad eam rem vel in comitiis, vel extra comitia compareant, mandare dignetur, ubi et per legatos nostros comparere, et Sacra Regia Majestatis Vestra sententiam obsequenter ferre, minime recusaturi sumus. Interim Sa-

cram Regiam Majestatem Vestram, pro sua æquitate, sententiam nostram declaratoriam, dum de principali negotio cognoscetur, in suo robore relicturam, et oppidanos istos ad parendum severius hortaturam confidimus, idque observanter Sacram quoque Majestatem Vestram Regiam rogatam volumus. Atque hac de re Sacram Regiam Majestatem Vestram plenius informare duximus propterea necessarium, ut, [quum] hi ipsi subditi nostri Sacram Regiam Majestatem Vestram querelis suis obstrepere velint, nostra apud eandem in promptu esset defensio. Sacram igitur Regiam Majestatem Vestram iterum iterumque rogamus, ut huic prolixitati, atque importunitati nostræ clementer ignoscat, et in jure nostro, atque omnium principum, in quo et Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ auctoritas versatur, tuendo, suam erga nos æquitatem, ac in coercenda petulantium subditorum contumacia, auctoritatem adhibere dignetur. Id quod ad Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ laudem et dignitatem amplificandam pertinebit, nos vero servitiis nostris, fidei et obsequii plenissimis, id ipsum perpetuo promereri studebimus, Sacram Regiam Majestatem Vestram diutissime valere, et florentem regnare optantes. Data ex arce nostra Morungiana, ex calendario vetere 25 novembris, qui est 5ª decembris calendarii Gregoriani, 1583.

CLXXXIV.

Dux in Prussia ad Stephanum regem Poloniæ.

90 156 Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine et affinis colendissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ servitia nostra fidei et obsequii plenissima deferentes, rerum omnium successus prosperrimos ex animo precamur.

Domine clementissime! Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ literas ad diem duodecimam novembris veteris calendarii, qui est vigesima secunda calendarii Gregoriani, per veredarium nostrum debita cum observantia accepimus, et ex iis quam sincero et grato animo Sacra Regia Majestas Vestra nostrum in tractando Danico seu Curlandiæ negotio, fidem et operam accepit, et quid a nobis præterea fieri velit, libenter intellexímus. Ejusque Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ voluntati morem gerentes, ad Illustrissimum et Reverendissimum episcopum Vilnensem, Majestatis Vestræ in Livonia locumtenentem, ad ~~Joannem~~ Andream item Ostrowski, capitaneum Ambotensem, simul etiam ad Joannem Beck, præfectum Piltensem, literas dedimus, significantes nos ad diem decimam octavam decembris calendarii Gregoriani legatum nostrum in Curonia finibus habituros, qui, communicatis cum ipsis consiliis, ad inducias ex præscripto et commodo Majestatis Vestræ justis utrinque conditionibus stabiliendas, suam quoque operam et auctoritatem conferat, eos, ut ad eam rem et dictum tempus se comparent, et interim paci studerent, hortati sumus. Confidimus autem Dei accedente gratia negotium constitutum iri ex sententia. Illud autem potissimum Piltenses postulare videntur, quod ex Joannis Beck ad nos literis, quarum exemplum nuper Regiæ Majestati Vestræ transmisimus, apparet, ut miles Sacræ Regiæ Majestatis ex vicinis arci Piltensi locis, ex arce etiam Ambotensi recedat, quod quum difficulter a Sacra Regia Majestate Vestra concedi possit, non dubitamus eos acquieturos, si modo ab hostilitate, et impedimento commeatus, aliisque violentiis abstineatur. Quicquid autem ibi confectum fuerit, Sacram Regiam Majestatem Ves-

tram tempestive faciemus certiorem. Ad Sereniſſimum Daniæ regem de his rebus omnibus ſcripſimus diligenter, ejusque ſententiam et mentem de conditione arbitrorum, de loco item et tempore, ex ſententia Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ requisivimus, et quantum fieri poterit, ad pacem amplectendam, et amicitiam cum Sacra Regia Majestate Vestra serio colendam cohortati sumus. Nosque responsum ad hæc, ab hac re minime alienum, impetraturos speramus, quod quamprimum allatum fuerit, Sacram Regiam Majestatem Vestram minime celaturi sumus. Sacræ autem Majestati Vestræ, quum in rebus omnibus, tum in hoc præsertim negotio, fidem et studium nostrum testatum facere, nulla occasione prætermittemus. Quam prosperrime valere, florentemque regnare optamus. Data ex arce nostra Morungiana, ex calendario vetere 25 novembris, qui est 5 decembris calendarii Gregoriani 1583.

CLXXXV.

Dux in Pruſsia ad Stephanum regem Poloniæ.

90 157 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Sereniſsime Rex, potentiſsime princeps, Domine et affinis colendiſsime. Sacræ Regiæ Majestati delata fidelium servitiorum nostrorum promptitudine, rerum omnium succeſsus prosperrimos ex animo precamur.

Domine clementiſsime. S. R. Majestatis Vestræ literas 15 septembris datas, quibus pro Friderico Aulacho, ejusque consortibus clementer apud nos intercedit, idem Aulachus cum Joanne Alberto Eilenburgico et Christophoro Dehlano, suis quoque adjunctis literis, diebus proxime superioribus ad nos miserunt. Nos autem quum in rebus omnibus Majestati Vestræ morem gerere ex animo cupiamus, nihil nobis gratius fuiſsset, quam ut hi ipsi hac clementi interceſsione Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, nostraque indulgentia dignos se præstitiſsent. Quia vero neque antehac, neque in postremis literis suis, ullam resipiscentiæ et deprecationis, seu debiti erga nos obsequii significationem dederunt, in quem finem tamen illis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ interceſsionem dari legatis nostris Cracoviæ persuasum est, sed contra mentem Sacræ Regiæ Majestatis, quam hac leviori interceſsionis via erga nos usam scribunt, in tuendis suis delictis et erroribus obstinatiores ese pergant, suoque exemplo alios ad similem contumaciam atque duritiem invitent; non videmus quo pacto, salva auctoritate nostra, gratiam et veniam nostram sponte ipsis deferre poſsimus, Aulacho præsertim, qui non tantum magnas in hoc ducatu nobis turbas dedit, verum etiam in aula Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, et alibi, famam atque fidem nostram petulanter et temerarie proscindere non est veritus. Is itaque quum neque objurgationi Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, neque aliorum monitis, locum dare constituerit, malumus eum a territorio nostro abeſse longius, quam alios quoque per se morbidos contagione sua magis magisque inficere, nisi ea remedia adhibere nos velit, quæ justus dolor, et conservandæ dignitatis nostræ studium jure gentium nobis subministrant. Ad ..... calendarii veteris duobus ob neglecta mandata nostra iterum per instigatorem nostrum coram judicio legitimo dies dictus est, qui si compareant, et debitam erga nos observantiam præstent, gratiam nostram deeſse illis minime patiemur. Nihil nobis optatius est, quam subditos fideles et

morigeros, mutua benignitate et amore complecti. Atque hoc Sacram Regiam Majestatem Vestram minime celanda duximus, ut clementer intelligeret quantopere homines isti, tam Sacra Regia Majestatis Vestra interposita intercessione, quam nostra quoque lenitate ac benevolentia, in malitia sua patrocinium, ad detrimentum nostrum abutantur. Quare Sacram Regiam Majestatem Vestram minime successuram Nobis confidimus, si nostram quoque erga ipsos auctoritatem, cum Sacra Regia Majestatis Vestra conjunctam, debita severitate tueamur. Interim Sacra Regia Majestatis Vestra, Domini et affinis nostri clementissimi, fidei atque benevolentia reverenter Nos commendamus, eamque diutissime valere, florentemque regnare optamus. Datum ut supra.

CLXXXVI.

Georgius Fridericus dux in Prussia ad Dominum cancellarium.

90 158 Ex mss. bibl. Zaluski. 255.

Illustris Domine, amice singulariter Nobis dilecte. Literas Regia Majestatis, in quibus negotium Curlandicum Nobis commendat, ad diem 12 novembris, calendarii veteris, qui est 22 calendarii Gregoriani, per veredarium nostrum accepimus. Nobis vero quum hucusque omnia ea, quæ ad salutem publicam et dignitatem regis, Domini nostri, tum etiam ad utilitatem inclicti Poloniæ regni pertinere visa sunt, curæ fuerint, hoc ipsum negotium Curlandicum, in quo amicitia et affinitas duorum potentissimorum regum, Nobis arcta necessitudine conjunctorum, versatur, non exiguam sollicitudinem attulit, eoque majorem de hoc sopiendo atque componendo dissidio, curam Nobis suscipiendam putavimus, quo si id quod volumus assequemur, in summo lucro ponemus. Si et Sacræ Regiæ Majestati et Poloniæ regno hos conatus nostros, et studia nostra probari, et grata atque accepta esse intelligimus, et quia S. Regia Majestati hanc voluntatem nostram non ingratam accidisse ex literis suæ Majestatis proximis superioribus intelleximus, gratissimum quoque id Nobis accidit, et ad continuandum hoc studium nostrum plurimum invitat. Quousque autem in hoc negotio progressi simus, Illustritas Vestra ex exemplo literarum nostrarum ea de re ad Regiam Majestatem datarum intelliget. Vellemus autem Vestram Illustritatem, quod eam sponte facturam non dubitamus, partes atque auctoritatem suam interponere, ne ex parte militum Regiæ Majestatis aliquid, quod contra initas inducias sit, delinquatur. Atque ad hoc negotium felicius perficiendum, et totam Livoniam pacandam, non parum momenti nostro judicio allaturum videtur, si ex æquo jus suum cuiquam, tam indigenis, quam adventitiis tribuatur, et æqualis justitia atque defensio administretur: neque pro candore et fiducia nostra Illustritatem Vestram celandam duximus, quam variis querelis Livonica præsertim nobilitas multorum aures impleat, atque animos etiam occupet, se aliquanto tractari durius, bonis suis excludi, novoque decreto de cassatione recentiorum privilegiorum premi, quo fit, ut alii vicinorum [incommodis] commoti, a subjectione deterreantur. Quam facile autem reges vicini, vel innata dominandi cupiditate, vel querulantium importunitate et commiseratione commoti, ad quamvis occasionem impellantur, Illustritas Vestra, pro sua prudentia, melius intelligit, nec dubitamus Regiam Majestatem, pro singulari sapientia, pie-

tate atque in rebus gerendis dexteritate sua, his rebus ita moderaturam, ut per initia leniora ad finem optatum perveniatur. Neque vero ideo hæc a Nobis scribuntur, quod hæc ita se habere persuasum sit, aut quod in alienis curiosi consilium dare velimus, sed quod pro fide nostra, qua Sacræ Regiæ Majestati obstringimur, et pro ea, quæ Nobis cum Illustritate Vestra intercedit necessitudine, liberius cum Illustritate Vestra per literas iisdem de rebus conferre Nobis licere arbitrati sumus, neque aliam in partem hæc accipi ab Illustritate Vestra volumus.

Alterum scribendi argumentum se Nobis offert, de quo per legatos nostros Cracovia Illustritatem Vestram aliquo modo jam informatam esse intelleximus, nempe quod senatus in civitate nostra Regiomontana in turbanda sibique vindicanda in aulicos nostros jurisdictione, novo maloque exemplo conatus sit. Quæ ipsorum protervia quo evaserit, et quousque res deducta fuerit, Illustritas Vestra ex altero exemplo literarum nostrarum ea de re ad Regiam Majestatem datarum intelliget. Pro nostra itaque necessitudinis jure, Illustritatem Vestram amanter rogamus, ut non tantum id ipsum diligenter legere, suamque ea de re sententiam Nobis exponere, verum etiam Sacræ Regiæ Majestati hoc negotium per literas suas primo quoque tempore, vel etiam hunc veredarium nostrum ita commendare, atque etiam efficere non gravetur, ut oppidani isti, subditi nostri, quos propterea Sacram Regiam Majestatem obstrepere audimus, plus apud Sacram Regiam Majestatem omnium principum jura, quam petulantium subditorum inanes querimonias valuisse intelligant.

Quæ etiam Friderici Aulachi, ejusque consortium in continuandis suis perversis studiis sit pervicacitas, Illustritas quoque Vestra ex earum literarum exemplo intelliget, quas ea de re Sacræ Regiæ Majestati scribendas duximus. Etsi legatis nostris Cracovia per Illustritatem Vestram persuasum est, Aulachum cum justa exprobratione suorum errorum, et digna objurgatione ex aula Regiæ Majestatis dimissum iri, nec in alium finem Sacræ Regiæ Majestatis intercessorias illi concedendas fore, quam si resipiscat, et gratiam nostram cum pœnitudine factorum expectet; videmus tamen hæc ab illo, ejusque assecla rum observari, sed hac ipsa intercessione insolentiores reddi, eaque ad patrocinium sua contumacia abuti, quum minaciter scribere audeant, Regiam Majestatem prius hac leviori intercessionis via experiri erga Nos voluisse, quasi quid gravius Nobis propter hanc subditorum contumaciam ab ea expectandum sit. Confidimus autem Regiam Majestatem, pro sua prudentia, minime Nobis vitio versuram, nec quemquam alium jure Nos reprehensurum, si ipsis lacessentibus justo dolore compulsi, severioribus remediis auctoritatem nostram, ex qua etiam Regiæ Majestatis pendet dignitas, contra ejusmodi turbatores tueamur. Atque hæc hoc tempore Illustritati Vestræ, pro candore et singulari prudentia nostra, scribere in mentem venerunt, idque a Nobis rerum necessitas postulare visa est. Quare ut sibi commendata habeat, Nobisque consilio atque auxilio suo ne desit, etiam atque etiam rogamus: id quod Nos omni studio et benevolentia compensare pollicemur, Illustritatem Vestram optime valere, diuque florentem vivere optantes. Datum ut supra.

Levinus a Bulau ad Dominum cancellarium.

Ex mss. bibl. Zaluski 255.

Illustrissime Domine, patrone omni observantia colende. Illustritati Vestræ post servitiorum meorum paratissima studia, omnem beatitudinem ex animo precor.

Domine colendissime. Quas mihi ab Illustritate Vestra ad 22 novembris calendarii Gregoriani veredarius Illustrissimi principis nostri [literas] reddidit, perjucunda mihi fuerunt, quod ex iis Illustritatis Vestræ singularem erga me benevolentiam atque fiduciam perspicerem, ... quæ de rebus Curlandicis aliisque gravioribus mecum conferre dignata sit: in quibus si et Regiæ Majestati Poloniæ, et Illustritati quoque Vestræ operam, studium et fidem meam probare possim, operæ pretium me magnum fecisse arbitrabor. Quod autem ad res Curlandicas attinet, magna sunt ea Illustrissimi principis cura, de quibus quum sua Celsitudo ad Sacram Regiam Majestatem, et liberius etiam ad Illustritatem Vestram perscripserit, eo nunc ero brevior, nec patietur sua Celsitudo quicquam hac in re a se desiderari, dummodo id gratum esse Sacræ Regiæ Majestati et inclyto Regno Poloniæ intelligat. Nec dubitamus, quin Sacra Regia Majestas in sublevandis hisce Prutenicis molestiis, et coercendis quibusdam improborum subditorum injuriis, suæ Celsitudinis ejusque auctoritatis justam vicissim rationem sit habitura.

Ad inducias in Curlandia stabiliendas, si Illustrissimus princeps, ut puto, ad diem dictum mea utetur opera, quantum potero laborabo, ut omnia ad commodum et dignitatem Sacræ Regiæ Majestatis dirigantur. Non temere video, Illustritatem Vestram de stili acrimonia in responso Danico conqueri, et fiunt hæc sæpe cancellariæ vitio, per dominorum imprudentiam: sed confidimus Sacram Regiam Majestatem, et Vestram quoque Illustritatem, pro sua prudentia et animo magno, facile ista contempturam, et tempori hominumque istorum studiis condonaturam. Factis quoque potius, quam verbis, regibus ac heroibus certandum recte Illustritas Vestra monet: nam acuere et pungere civis licet, manu et factis vincere, nonnisi fortioribus. Ego vero puto, si quæ acerbiora ..... posita sunt, illa ad armorum primum furorem, et militum insolentiam potius, quam Regiæ Majestatis animum referenda esse, eoque magis Illustritas Vestra, pro singulari sua prudentia et dexteritate, omnia in meliorem partem interpretabitur, et propterea tranquillitati publicæ constituendæ nihil decedere patietur. Ego tamen scribo ad amicos in aula Danica, ut omnia tam in verbis, quam in factis vitent, quæ ad majores offensiones facere posse videantur.

Quæ Illustritas Vestra de amplectendo calendario Gregoriano monet, optandum quidem videtur, in hac extrema mundi senecta, illam temporum et dierum commutationem novo exemplo non introductam esse, qua orbis christianus tot jam secula carere potuit. Dum enim obscurum aliquem errorem studemus vitare, in inconvenientias plurimas miseram plebeculam injectam videmus. Tum alia commodiori via ex communi consensu Imperii et omnium christianorum principum hæc publicari expediviſset. Sed ego mihi hac de re judicium non sumo; quum autem Illustrissimus princeps noster in hoc ducatu publicare noluerit, multas ille rationes computat. Inprimis vero [oppositæ] eorum, qui contra hoc calendarium multa scripsere, per religionem et conscientiam se assentiri huic ca-

lendario non posse arbitratur, cui accedit opinionum et sententiarum diversitas, quæ in ancipites cogitandi curas eum conjicit, de quibus aliquando ipsamet Sacræ Regiæ Majestati sententiam suam clarius exponet. Illustritatem itaque Vestram existimare velimus, nullo id ipsum dissensionis studio, sed ex gravissima adhuc deliberatione differri. Quod enim quis conscientia prohibetur, quam cuique liberam Sacra Regia Majestas permittit, non temere id existimatur facere. Ne vero plene ejus rei curam abjecisse sua Celsitudo videatur, mathematicum suum utrumque calendarium simul jungere jussit, ut eo inter se facilius conciliari possint. Ejus itaque calendarii exemplum Illustritati Vestræ transmitto, quod si illi ita probabitur, neque Regiæ Majestati id ingratum fore existimaverit, typis excudendum sua Celsitudo curabit. Interpretabitur igitur Illustritas Vestra hanc moram et excusationem, tum apud se ipsam, tum apud Sacram Regiam Majestatem in partem optimam, præsertim quum in rebus gravioribus, et ad Rempublicam pertinentibus, sua Celsitudo suam non patietur desiderari fidem et operam. Atque hæc ad Illustritatis Vestræ literas paucis respondere visum est.

De opilione bono et perito Illustritati Vestræ procurando, hucusque sollicitus fui, idoneum tamen non reperi: rari quippe boni. Mittetur autem propediem. Si quid aliud sit, in quo Illustritati Vestræ mea prodesse possint officia, paratissimum me, si modo quid mandet, habebit. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram cum Illustri conjuge sua diutissime valere, et secunda fortuna perfrui ex animo opto. Cujus me favori ac benevolentiæ iterum iterumque commendo. Datum ut supra. 5 Decembris 1583

CLXXXVIII.

Ad ducem in Prussia a Domino cancellario.

90, 160 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Illustrissime princeps, Domine observandissime. De negotio Tiltensi, etsi sape ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram scripsi, ac etiam sine meis literis curæ id ei futurum non dubitem; faciendum tamen id nunc denuo mihi existimavi, quum Generosus Dominus Farensbecius ad illam a me proficisceretur; quo pro ejus in utrumque regem fide et observantia, earumque rerum peritia, ipsum quoque cum Celsitudine Vestra nonnulla communicaturum de eo volebam. Nihil autem aliud scribendum arbitror, quam quod etiam nullo monente facile per se perspicere Illustrissimam Celsitudinem Vestram mihi persuadeo: magnam nostrorum hominum de eventu tractationis hujus a Celsitudine Vestra susceptæ expectationem esse. Huic ego non modo satisfacturam Celsitudinem Vestram, sed pro sua cum Regia Majestate, atque regno necessitudine, facile etiam superaturam eam scio..... Venerunt quædam de negotio hoc in mentem Farensbecio: ea ut ad Celsitudinem Vestram referret, quicquam de iis videretur cognosceret, auctor ei fui: quædam etiam ipse, quæ meo nomine cum Celsitudine Vestra communicaret, locutus sum cum illo. Non alienum autem existimarim, si, quum per internuntios rectius, quam per literas hujusmodi negotia tractentur, Bulavium potius ipsum Daniam Celsitudo Vestra mitteret: quum de toto hoc negotio coram diligentissime a me edocturus sit, perspectius fore, quam quemquam alium id habere mihi persuadeo. Uberius vero omnibus de rebus, postquam puer, quem ob hanc causam ad Regiam Majestatem nunc mitto, redierit, ad Celsitudinem Vestram scribam. Quod reliquum est, Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam optime valere cupio, eique omnium rerum felices successus precor. Knissino, 6 decembris, anno Domini 1583.

CLXXXIX.

Litera cardinalis de Monte Alto ad Stephanum regem Poloniæ.

90 161 Ex mss. bibl. Zaluski, 255.

Serenissime Rex. Andreas, Regia Majestatis Tuæ illustrissimus nepos, suo tandem peracto itinere, Dei nostri clementia parvenit in Urbem, ubi in consistorio, quod tum de more habebatur, exosculatis Sanctitatis Suæ pedibus, salutatisque patribus, oratione perquam luculenta suam patefecit legationem. Verum sicut ejus adventus omnibus gratissimus exstitit, ita perorantem eum incredibili alacritate animi, vultusque lætitia omnes et vidimus et audivimus. Patres namque Majestatis Tuæ in Deum pietatem, in catholica religione constantiam, in sanctissimam hanc Apostolicam Sedem observantiam audientes, summo afficiebantur gaudio, mira efferebantur hilaritate, summasque Deo gratias agebant, quod ætate hac nostra adeo perturbata, et in partibus adeo afflictis regem et catholicum et strenuum provideret. [Divina idcirco benignitate ut Deus] Idcirco ~~ut Deus~~ suos omnes conatus secundet, successus indies felicióres concedat, vota sua in ecclesiarum restaurationem, in collegiorum institutionem, in catholicæ fidei propagationem perficiat, omni qua possumus humanitate oramus. Me ipsum demum, ut scribendi finem faciam, Tuæ Majestati perinde ac addictissimum servum commendo. Valeat diu felix. (1) Romæ 6 idus decembris, anno Domini 1583.

(1) Podobne odpowiedzi otrzymał król od wszystkich kardynałów, którym był synowca swego Andrzeja do Rzymu jadącego polecił. W parę lat potem kardynał de Monte Alto po Grzegorza XIII śmierci wstąpił na stolicę apostolską pod imieniem Sixta V.

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

Tek. 90. d 164 pod rok być powi 1583 5 Decembris o pojm Zamoj
165 — 6 d d do Zieniewskiego
166 — — — Uniwersał